Tomus X (fasc. I). 25 maii 1921.

PERIODICA

DE RE CANONICA ET MORALI

UTILIA PRAESERTIM

RELIGIOSIS et MISSIONARIIS

EDIT

ARTHURUS VERMEERSCH e Soc. Iesu

DOCTOR IURIS ET IURIS CANONICI, ROMAE, IN PONTIFICIA UNIVERSITATE GREGORIANA PROFESSOR THEOLOGIAE MORALIS

Approbantibus Superioribus ecclesiasticis

BIBLIOTHECA PRIVATA
THEOLOGI
S. POENITENTIARIAE APOSTOLICAE

BIBL. TH. P. R.

BRUGIS

SUMPTIBUS CAROLI BEYAERT

Editoris Pontificii

BARCELONAE
EUG. SUBIRANA
Puertaferrisa

ROMAE (19)
DEPOSITO LIBRI, UNIVERSITA GREGORIANA
Via del Seminario, 120

1921

ACTA SANCTORUM

OPUS PRAESTANTISSUM

BOLLANDIANUM

66 vol. fr. 8.000. Rel. fr. 11.500

Hoc quam praestantissimum opus rariter invenire quidam potest. Exemplar unicum nunc pro tempore cum tenemus, gratissimi erimus si emptor quidam probabilis quam celerrime opportunitatem istud exemplar possidendi ceperit.

Analecta Bollandiana

T. I ad 33 incl. fr. 500.00, rel. . . . . fr. 1000.00
T. 34 reimprimitur. T. 38 (1920) excl. lig. . . . fr. 21.00
T. 35 (1921) fr. 24.00 (excl. lig.)

MISSALE ROMANUM

DIVERSARUM EDITIONUM
IN VARIIS DIMENSIONIBUS

Ligatura in corio marocchino diversorum colorum, foliis et fronte deauratis, usui quam optima, in officina propria **CAROLI BEYAERT, BRUGIS (Belgii)** « *manu* » facta, addictis Propriis requisitis, pretio emptori quam favorabili.

Periodica de re morali, canonica et liturgica

ARTHURUS VERMEERSCH e Soc. Iesu

DOCTOR IURIS ET IURIS CANONICI, ROMÆ, IN PONTIFICIA UNIVERSITATE GREGORIANA PROFESSOR THEOLOGIAE MORALIS

PERIODICA

DE RE CANONICA ET MORALI

UTILIA PRAESERTIM

RELIGIOSIS et MISSIONARIIS

TOMUS DECIMUS

(continuans ***De Religiosis Institutis****, etc. t. 2)*

ALMA COLLEGE
P
LIBRARY
PDRM
Alma, California

BRUGIS

SUMPTIBUS CAROLI BEYAERT

Editoris Pontificii

BARCELONAE
EUG. SUBIRANA
Puertaferrisa

ROMAE (19)
DEPOSITO LIBRI, UNIVERSITA GREGORIANA
Via del Seminario, 120

1922

16753

v. 10
1921-
22

IMPRIMI POTEST

Ferd. WILLAERT, S. I., *Praep. prov. Belgicae.*

IMPRIMATUR

Brugis, 1ª martii 1922.

H. VAN DEN BERGHE, *Vic. gen.*

BIBLIOTHECA PRIVATA
THEOLOGI
S. POENITENTIARIAE APOSTOLICAE

DISSERTATIONES ET QUAESITA

I. De anticipatione officii dominicalis

Utrum in officio dominicae anticipatae capitula et responsoria Horarum minorum sint de dominica sumenda an, e contra, de feria in qua fit anticipatio, etiamnum videtur aliquam facessere difficultatem. Nec desunt qui dubitent utrum necne recitandum sit in iisdem officiis symbolum *Quicumque*. Haec dubia velimus pro viribus plene tollere, considerationem tamen nostram ad ceteras eiusdem argumenti partes paululum extendentes. Quaeremus scilicet : 1° quaenam, iuxta novas rubricas, anticipari possint dominicae et quando debeant ; 2° qua ratione in singulis casibus componendum sit anticipatum officium ; 3° quomodo haec compositio sit explicanda et num, fortasse, in eadem maior quaedam unitas desideranda videatur.

Vix editae erant novae Breviarii rubricae, cum praedictum dubium de capitulis Horarum et responsoriis S. Rituum Congregationi propositum est. Hoc autem, pro more suo, Congregatio brevissimis verbis solvit, cum responderet in decreto suo diei 11 decembris anni 1914 : « Provisum in Rubricis novissimis Breviarii Romani ». Ubinam sit solutio haec reperienda indicatur inter Additiones et Variationes, tit. IV, n. 2, in quo dicitur officium fieri ut habetur in propriis rubricis, in corpore Breviarii (I XIV) [1]. Insuper in Ordinario divini officii ad Primam (14) sequens rubrica legitur : *In omnibus Dominicis, etiam repositis aut anticipatis, in Vigiliis privilegiatis, in Officio cuiuslibet Festi vel Octavae, ac sanctae Mariae in Sabbato, necnon in Feriis Temporis Paschalis : Capitulum.* Regi saeculorum... *In omnibus autem Feriis et in Vigiliis communibus, extra Tempus Paschale :*

[1] Iam in Rubricis generalibus Breviarii, tit. IV, nn. 4. 5. 6, de anticipandis officiis quarumdam dominicarum satis fuse tractatur ; hae autem regulae paululum immutatae sunt. Pro hodiernis rubricis usi sumus editione typica Vaticana in-8°, 1914. Ad huius paginas referuntur numeri inter parentheses positi.

Capitulum. Pacem et veritatem... [1] *Dicto Capitulo*, — nempe in omnibus praedictis officiis — *subiungitur Responsorium breve.....* Christe, Fili Dei vivi...

Sed, ut dictum est, norma anticipationis et compositio officii anticipati complete exponuntur, suis locis, pro singulis dominicis quae anticipari possunt. Hae autem paucae sunt [2]. Anticipari possunt et debent : 1° Dominica prima ianuarii, quando incidit die 6 aut 7 illius mensis, quia tunc impeditur vel festo Epiphaniae vel prima dominica post hoc festum ; quo casu, eius officium anticipatur die 5 ianuarii, id est in vigilia Epiphaniae (272), quae in hypothesi facta, necessario libera est a festo SS. Nominis [3] ; 2° dominica infra Octavam Epiphaniae, si haec dominica occurrit die 13 ianuarii, in octava Epiphaniae ; anticipanda est proxime praecedenti feria libera a festo I classis (299) ; 3° una ex quinque ultimis dominicis post Epiphaniam (310) et 4° penultima ex dominicis post Pentecosten (865). Quae omnes dominicae anticipantur in praecedenti sabbato cum omnibus privilegiis dominicae propriis. Hae ultimae anticipationes cur et quando fiant paululum est explicandum.

Omnes scilicet dominicae a 1ª dominica Adventus usque ad dominicam infra Octavam Nativitatis et dominicae a Septuagesima usque ad dominicam Pentecostes numerantur, simul sumptae, 22 aut 23, prout occurrit vel non dominica aliqua intra primos sex dies ianuarii. Itaque saepius non supererunt singulis annis nisi 29 dominicae « infra annum ». Excipiuntur, praeter supradictum casum, ubi nuper enumeratae dominicae 22 sunt, omnes illi anni qui 53 dominicas habent [4] : tunc enim supersunt 30 dominicae « infra annum ». Iam vero sex enumerantur *officia* dominicalia post Epiphaniam, 24 post Pentecosten, seu, simul sumpta, 30. Quo fit ut, fere singulis annis, unum ex his officiis, cum omnia sint recitanda, anticipari per se debeat. Pro tempore occurrentiae tum Paschatis tum dominicae primae Adventus, anticipabitur

---

[1] Breviaria quaedam in priore parte huius rubricae omittunt verba : *necnon in Feriis Temporis Paschalis.* Immo sunt breviaria nonnulla, quae rubricam typicae rubricae contrariam habent, in quantum pertinet ad dominicas post Octavam Epiphaniae anticipatas, cum eam hoc modo tradant : *In omnibus Dominicis, in Vigiliis privilegiatis, in Officiis cuiuslibet Festi vel Octavae ac sanctae Mariae in Sabbato : Capitulum.* Regi saeculorum... *In omnibus autem Feriis et Vigiliis communibus atque in Dominicis post Octavam Epiphaniae anticipatis : Capitulum.* Pacem et veritatem... Quod non consonat cum rubrica in proprio loco posita (ante Dominicam II post Epiphaniam)

[2] Rubr. gen., tit. IV, nn. 2. 4. 5. 6. Add. et Var. tit. IV, n. 2.

[3] Olim haec dominica simpliciter *vacabat.* Hodie ei *tribuitur* officium Vigiliae Epiphaniae ; unde apparet non fieri nisi fictivam aliquam translationem et anticipationem.

[4] Hoc accidit quotiescumque dies 1 ianuarii in Dominica occurrit et insuper, solis annis bissextilibus, quando in feria II.

vel penultimum [1] ex officiis dominicalibus post Pentecosten, vel unum ex quinque ultimis officiis post Epiphaniam [2]. Plures non esse, praeter hos quattuor, officii anticipandi casus, patet ex dictis et insuper ex titulo IV, nn. 1. 2. 5 inter Additiones et Variationes.

Sequitur ut exponamus, iuxta proprias rubricas, ritum et compositionem horum officiorum. Ritus semper est semiduplex, in omnibus casibus ; compositio vero varia est sed ad duplicem formam reducitur. In officio dominicae occurrentis die 6 vel 7 ianuarii, omnia dicuntur ut in die octavo Nativitatis (1 ian.), praeter capitula I Vesperarum et Laudum [3], antiphonam ad *Magnificat* et *Benedictus*, orationem, lectiones trium Nocturnorum, capitula Horarum et lectionem brevem Primae (272) [4]. Dominicae vero infra Octavam Epiphaniae, quando anticipatur, omnino similis est compositio (299). Omnia dicuntur ut infra Octavam praeter easdem partes, in singulis Horis, non exclusis II Vesperis, proprias. Officium anticipatum Dominicae II vel alterius post Epiphaniam sic constituitur : I Vesperae et earum Completorium sumuntur de Feria VI ut in Psalterio ; cetera omnia [5] de Sabbato, praeter capitulum Primae, orationem, lectiones Nocturnorum cum suis responsoriis, antiphonam ad *Benedictus*, quae omnia dicuntur de Dominica, ut habetur in Ordinario vel in Proprio de Tempore (272). Denique de officio anticipato dominicae XXIII[ae] post Pentecosten rubrica fere iisdem verbis sonat. Solum est discrimen quod lectiones Nocturni sumuntur de occurrenti sabbato mensis currentis seu novembris (865).

Quod autem pertinet ad recitationem Symboli *Quicumque* in praedictis officiis dominicarum post Epiphaniam vel Pentecosten, quando anticipantur, cum Rubricae generales (Add. et Var. tit. VIII, n. 2), sicut et rubricae Ordinarii, iubent Symbolum recitari *in Dominicis*, quod videtur valere de die non autem de officio, illud in officiis anticipatis

---

[1] Non ultimum, idque propter dispositionem a praesenti consideratione independentem.

[2] Ipsa enim dominica II post Epiphaniam potest differri usque ad diem 20 ianuarii, cum Septuagesima evenire potest die 18 eiusdem mensis ; e contra, dominica VI post Epiphaniam non potest occurrere post diem 16 februarii dum Septuagesima differri potest usque ad diem 21 illius mensis.

[3] Versus autem Vesperarum et Laudum, in hoc officio et in sequenti, potius transferti sunt quam mutati ; ita iam in antiquis breviariis. Rationem translationis non comperi.

[4] II Vesperae sunt de sequenti (Epiph.), sine ulla commemoratione praecedentis (275).

[5] Ergo, quod ad capitula et responsoria minorum Horarum, praeter Primam, erravit qui in *Monitore Ecclesiastico* anni 1915, p. 67, n. 1 responsum S. R. Congregationis (Decr. 11 dec. 1914, ad III) His verbis commentatus est : « Vale a dire « *affirmative* ». Poc de solo capitulo Primae verum est, de ceteris « *negative* » dicendum erat.

semper omittendum esse concluditur. Preces dominicale e contra (15) et Suffragium (12) per se dici debent, cum locu habeant in omni officio semiduplici (15, 13).

Haec officii ratio in duobus prioribus anticipationis cas bus nullo negotio explicatur. Sic breviter definiri possit Officium dicitur de octava praeter lectiones (capitul enim nihil aliud sunt nisi breves lectiones), antiphonas a *Magnificat* et *Benedictus* et orationem. Quae dispositio no multum differt a modo quo componitur officium infra Octa vas. Quomodo autem definienda sit officii ratio in duobu reliquis casibus non aeque bene apparet. Olim, ut est i Rubricis generalibus, tit. IV, n. 4 et in corpore Breviari propriis locis, officium hoc erat de feria, nempe cum un nocturno et tribus lectionibus (i. e. homilia in evangeliu Dominicae). Hodiernum vero officium potius ad officia dom nicalia referendum est quam ad ferialia. Hoc suadet 1° quo tria sunt Nocturna ; 2° quod etiam in I Nocturno responsori sumuntur de Dominica ; 3° quod, in rubricis, officium appe latur officium Dominicae eique tribuuntur omnia privilegi Dominicarum ; 4° quod missa, eodem modo anticipata, habe *Gloria*, *Credo* et praefationem de SS. Trinitate. Quod ad eiu compositionem autem, tale officium recte comparetur cu officio festivo ritus duplicis vel semiduplicis. Quae si atten duntur, satis mirum apparet quod non solum psalmi sec paucis exceptis, reliqua omnia sunt de feria sumenda. Ne explicatur res cum dicitur non sumi de Dominica nisi parte huic Dominicae omnino proprias : haec enim ratio non val nec de responsoriis I Nocturni, nec de capitulo Primae insuper non satis consonat rubricae superius commemorata sub 3° ; denique, ex tali regula non potest, per se, oriri ni compositio satis arbitraria et unitate carens. Neve dicatur d Dominica sumi quidquid sumi potest ; invitatorium autem capitula, hymnos, responsoria Horarum, versus, lectione brevem tam arcte Psalterio aptari ut quae sunt uni die attributa non possint cum psalmis alterius diei recitari, ne proinde quae sunt Dominicae propria cum psalmis Sabba vel alterius Feriae. Talis enim connexio non videtur existe cum verius dicerentur hae omnes partes ad Psalterium no pertinere. Et, re vera, in breviario hodierno, praeter Psalte rium, Proprium de Tempore, Proprium et Commune d Sanctis, atque Ordinarium (quod est quasi canon iuxta quer sunt componenda ea quae ex variis reliquis partibus sumun tur) tertia videtur pars distinguenda, etsi in disposition materiali Breviarii locum proprium non habet. Haec consta omnibus iis elementis quae nec alicui festo, nec alicui domi nicae aut feriae, sed alicui *tempori* propria sunt, nemp tempori adventus, vel quadragesimae, vel passionis, ve

tempori paschali, vel tempori illi quod dicitur « infra annum ». Ad hanc partem referuntur omnia invitatoria, capitula, lectiones breves, hymni, versus antiphonae ad *Magnificat* et *Benedictus* [1] quae non pertinent ad Proprium de Tempore aut ad Sanctorale et proinde nihil impedit quominus hae partes propriis normis regantur, independenter a Psalterio.

E contra, ex dictis apparet praedictas partes potius connecti cum Proprio de Tempore, sicut conectuntur, mutatis mutandis, Proprium et Commune Sanctorum. Itaque maior unitas seu consonantia in officiis anticipandis, de quibus sermo est, procuraretur si orationi, lectionibus earumque responsoriis, antiphonae ad *Benedictus,* quae omnes sunt ex officio proprio Dominicali [2], coniungerentur illa quae sunt in « communi » temporis pro dominica, potius quam quae sunt in eodem pro feriis constituta. Rubrica fere sic enuntiaretur: Psalmi cum suis antiphonis sumuntur de Sabbato sicut et versus Nocturnorum; reliqua omnia de Dominica, sicut habetur in Proprio de Tempore et in Ordinario pro Dominicis infra annum. In I Vesperis tamen et in Completorio, omnia dicuntur ut in Psalterio Feriae VI [3]. Hanc normam etiam suadet comparatio cum admirabili illo officio in quo tam apte componuntur cotidiana recitatio psalterii, Sacrae Scripturae continua lectio et pium onus colendi Sanctos.

I. M. Hanssens, i. s.

II. De Evangelio in fine missae

Inter recentes additiones et variationes in rubricis Missalis, sub n. IX, 3, legitur haec : « Si nullum Dominicae, Feriae, Vigiliae aut alicuius ex octavis supra, n. 1. recensitis, evangelium in fine missae fuerit legendum, dicitur ultimum pariter evangelium missae sive officii primo loco inter cetera quae evangelium stricte proprium (et non appropriatum, vel ex aliquo Communi assignatum, vel per octavam e Festo repetitum) habeant commemorati ».

Quaeritur iam de significatione verborum « *Stricte proprium* ». Et sunt qui significationem ex fine istius rubricae repetere volunt, quem finem esse dicunt, ne, quantum fieri potest, unum evangelium ex dicendis in anno praetereatur.

---

[1] Antiphonae autem psalmorum quae sunt « infra annum » dicendae ita cum psalmis suis conectuntur ut certe transferri non possint. Pleraeque enim ex suo quaeque psalmo sumuntur. Idem fere dici potest de versibus Nocturnorum.

[2] Excepta lectione dominicae XXIII post Pentecosten anticipatae; illa enim sumitur, ut diximus, de occurrenti Sabbato mensis Novembris.

[3] *Quoad illas enim partes Psalterio annexas,* nulla apparet maior connexio inter Dominicam et Sabbatum quam inter Dominicam et Feriam VI, nisi fortasse in hymnis.

Regulam istam fallacem esse arbitramur. De fine enim rubricae authentice nihil novimus; coniectura nostra est ratio satis infirma ad fundandam conclusionem. Praeterea tunc facilius et clarius diceretur, evangelia legenda esse quae in alio anni die non occurrunt dicenda.

Potius nos referamus ad genuinam verborum « *stricte proprii* » significationem. *Proprium,* i. e. peculiare, non commune, vi vocis est quidquid ad unum per se pertinet, ratione cum aliis non communicabili. Proprium itaque erit evangelium quod, significatione sua litterali, tractat de sancto vel de mysterio quod celebratur.

Rubrica autem verba usurpat « *stricte proprium* » quia, vera aliqua ratione, sunt propria festi quaecumque isti festo tribuuntur epistolae, evangelia, etiam sumpta de communi. Ipsa ista assignatione fiunt propria.

Hinc proprium habent evangelium : S. Ioseph (19 mart.); S. Andreas (30 nov.); SS. Philippus et Iacobus, ratione S. Philippi (1 maii); S. Petrus et Paulus, ratione S. Petri (29 iun.); S. Bartholomaeus (24 aug.); S. Matthaeus (21 sept.); S. Andreas (30 nov.); S. Ioannes (27 dec.); S. Ioannes Baptista (tam in eius nativitate, 24 iun. quam in eius decollatione, 29 aug.); S. Maria Magdalena (22 iul.).

Quid autem, si iam lectum evangelium in proprio die festo, repetatur in altero festo translationis, patrocinii, etc. ? (Namque proprium esse si ipsum festum celebretur non in die natalicio sed in translatione reliquiarum, non est ambigendum). Res dubitari potest. In partes negativas inclinamus, cum ipsa rubrica excludat iteratam lectionem evangelii (tamquam ultimi) per octavam.

Perinde dicendum arbitramur de *mysteriis*. Sic proprium erit evangelium in festo Transfigurationis ; in festo VII dolorum B. M. V. Evangelium *Missus* nobis videtur proprium in festo Annuntiationis B. M. V. et in festo S. Gabrielis.

De aliis festis Beatae Mariae Virginis, videndum erit utrum necne ratio festi evangelio cohaereat. Sic, in festo Immaculatae Conceptionis, plenitudo gratiae quam Angelus Mariae gratulatus est proprium reddit evangelium Annuntiationis.

Omnia autem evangelia quae legantur in festis sanctorum quorum nulla mentio est in novo Testamento, summum possunt esse appropriata. In qua explicatione nostra satis convenimus cum *Ephemeridibus liturgicis*, 1921, n. 1.

QUAESTIONES DE CODICE CANONICO

I. De monasteriis vel domibus sui iuris et Superioribus maioribus

Moderna forma religionum, quae saeculo XIII ab Ordinibus mendicantibus invalescere coepit, confusis etiam apud graves auctores notionibus et erroneis conclusionibus facile viam sternere potest, quae tamen, in iure regulari proponendo, sedulo vitandae sunt.

Quare nobis expresso monachorum optato libenter obsecundamus, dum proprias notas monasterii seu domus sui iuris et Superioris maioris distincte proponere conabimur.

I. De monasteriis seu domibus sui iuris

1. Monasterium sui iuris semper dicitur respectu regiminis interioris, ut liquet, cum Supremo Pastori ovium Christo religiosae domus et religiosi omnes perfectam oboedientiam profiteantur.

Vi vocis autem, monasterium sui iuris est quod proprio iure regitur, non quod nullas leges aliis monasteriis communes observandas habeat, sed quod, in his legibus applicandis et ulterioribus definitionibus complendis, se ipsum dirigit per praelatum a se electum, extra quem nullum habet, in regimine interiore, Superiorem *ordinarium ;* fere sicut adultus dicitur sui iuris, non quod nullas leges habeat observandas, sed quod, in ista observatione, a nullo adulto privato dependet. Tantum vero abest ut unio in Congregationem monasticam, quae, post Tridentinum Concilium, condicio facta est exemptionis, isti autonomiae obsit, ut ipso c. 488, Congregatio monastica describatur « Plurium monasteriorum *sui iuris* inter se coniunctio sub eodem Superiore ».

Igitur, si ipse Codex Superiorem supponit, non prorsus accurata est descriptio qua sui iuris esse dicitur « domus seu monasterium quod ab aliis Superioribus praeter quam a Superioribus localibus non pendet » (Fanfani, *De iure religiosorum*, n. 16).

Abbates vero Praesides Congregationum Benedictinarum,

in synodo 1907, sartam voluerunt autonomiam monasteriorum his verbis : « Declaramus Ordinem nostrum ita esse constitutum ut autonomia familiae monasticae in singulis abbatiis, iuxta S. P. Benedicti regulam, tamquam Ordinis fundamentum inconcussa remaneat. » (Cf. MOLITOR, *Selecta capita religiosi iuris*, n. 441, p. 482).

2. Quonam ergo criterio autonomiam monasterii dignoscemus ?

Monasterium sui iuris est ens morale non tantum unum sed etiam, secundum se, totum et per se sibi sufficiens. Quod ipsa Codicis notione indirecte confirmatur. In sua definitione Congregationis monasticae, praetermittit abbatias dependentes. Cur, nisi quia, cum propria unitate careant, confunduntur cum monasterio sui iuris cui subordinantur ?

Iam vero, ut sit unum et secundum se subsistens, necesse est ut suos habeat novicios, suos professos, monasterio incorporatos; suum praelatum non ab aliquo Praelato maiore nominatum, sed a proprii capituli electione potestatem suam mutuans, atque, in exercenda auctoritate, repraesentans non ius ab aliquo Superiore maiore derivatum, sed ius ipsius collegii cui praeficitur.

Tunc Praeses seu Generalis congregationis monasteriorum se habet fere ut, respectu aliorum parochorum, Vicarius foraneus seu Decanus; qui, suae tantum paroeciae parochus, nihil directe in alios parochos potest, sed iure quodam potitur inspectionis et munus vigilantiae exercet; vel potius est quasi metropolita respectu episcoporum suffraganeorum : metropolita, exceptis solis casibus iure praevisis, in subditos aliorum nihil potest.

Monasteria autem inter se sunt foederata, non autem alia aliis subordinata.

Contra, domus seu monasterium dependens est, in rebus quoque propriae communitatis, obnoxium alteri praelato seu capitulo, et sic est iuris non proprii sed alieni ; singuli autem religiosi incorporantur vel monasterio maiori vel religioni quae omnibus domibus constituitur.

Abbas autem Primas Benedictinorum « atratorum » a R. P. AUGUSTINE, in c. 488, esse dicitur quasi Legatus Benedictinorum apud S. Sedem, huic missioni accommodatam potestatem possidens.

3. Ordines sunt antiqui qui ad modernam formam religionum accesserunt, et sunt religiones recentioris originis, quae formae antiquioris plura vestigia retinuerunt. Discretione itaque opus est ut monasteria sui iuris a domibus dependentibus distinguamus.

Sic, *Cistercienses*, etiam antiquioris observantiae, ubique habent monasteria sui iuris, excepta Congregatione italica antiquae observantiae.

Contra, Congregatio *Vallisombrosa* ex descriptione quam facit ipse Tamburini, *De iure abbatum*, d. 3, q. 2 et 3, ita abbates locales generali subordinavit ut autonomia singulorum perierit.

Canonici *Lateranenses* et *Crucigeri* carent incardinatis abbatibus; dum procul dubio, canonici Praemonstratenses abbatias sui iuris habere pergunt.

In religione *Fratrum Praedicatorum*, post epist. Pii X, 4 aug. 1913, ad Magistrum Generalem, Fratres non iam singulis domibus sed provinciae incorporantur. Praeterea talis est potestas Magistri Generalis et Superioris Provincialis, ut nemo domus Ordinis tamquam sui iuris esse arbitretur.

4. In Ordine qui habet monasteria sui iuris, exsistere etiam solent domus sui iuris quae nondum monasterii nomine nuncupantur sed vocari consueverunt *prioratus*. Non omnes tamen prioratus sunt sui iuris, sed illi tantum qui vere *in titulum* sunt collati et qui, in Ordine Benedictinorum atratorum, appellantur *conventuales*.

5. Iurisdictio quae Superiori regulari vel episcopo confertur in monialium domicilia non impedit quin earum monasteria seu domus sint sui iuris, si re vera a nulla Superiorissa maiore potestas abbatissae seu Superiorissae in propriis actibus limitatur. Sic sui iuris dicemus domos *Carmelitanarum*, *Collettinarum*, *Visitationis*, et generatim monasteria quae per se clausura Papali utuntur. Dubitari tamen potest utrum domus *Ursulinarum* quae ad Unionem Romanam pertinent autonomae adhuc dici possint, necne.

6. Domus sui iuris etiam in *Congregationibus religiosis* occurrere possunt, quando, pro rationibus propriis, nulli ultiori regimini sunt obnoxiae. Plerumque tamen id erit accidentale, quatenus ipsa religio nondum est satis diffusa ut plures habeat domos quasi principales. Quamquam non repugnat ut etiam religio recentior componatur domibus foederatis quae sint sui iuris.

II. De Superioribus maioribus

Sunt qui Superiores dici maiores existiment quia sub se habeant Superiores minores. Sententia ista tam in facto quam in formali iuris ratione errat. Errat in facto. Namque ipsi abbates monasterii sui iuris non semper habent sub se Superiores minores. In pluribus enim monasteriis, is qui dicitur *Prior* (claustralis) non est vere Superior, sed, praesente abbate, mere *officialis*, delegata tantum potestate utens. Sic apud Trappenses et Benedictinos atratos (Cfr. Molitor, *Religiosi iuris*, etc. n. 486); nec essentiale est ut domus quaedam dependens monasterio adiungatur.

Formaliter autem ipse Codex abbatem vocat Superiorem

maiorem eo quod monasterio sui iuris praeficitur. Superior maior igitur dicitur tum positive, respectu competentiae suae, a qua actus maiores non excluduntur, tum negative, respectu personarum, quatenus non habet supra se Superiorem quasi Provincialem.

Immo nec ideo fit Superior maior quia sub se habeat alium minorem

Sic, in non una religione, praeter caput domus, est quoque alter ei subordinatus Superior, qua minister, supprior, etc. Non ideo tamen vel Guardianus Fratrum Minorum vel Rector Societatis Iesu fiunt Superiores maiores.

Itaque Superiorissa maior erit abbatissa, etiam si sit unica Superiorissa conventus; Superior maior erit quoque Prior quo regitur prioratus independens, namque fere assimulatur abbati, si est titularis.

Molitor bene monet abbates et eiusdem potestatis Superiores qui uni domui principali sui iuris praesunt, vocari quidem posse Superiores *loci*, non tamen accurate Superiores *locales*, quia, ex usu iuris, localis Superior maiorem seu Provincialem connotat. Cf. ipsum, op. cit. n. 442.

N. B. De omni isto argumento utiliter aditur laudatum opus R. P. Molitor.

II. De loco capituli generalis in religione dioecesani iuris

Quam diu religio dioecesani iuris in una dioecesi commoratur, quaestio de loco capituli generalis neglegi potest, cum nulli difficultati sit obnoxia. Sed cum in plures dioeceses religio migraverit, diversa episcoporum placita controversias excitare possunt.

Et Codex quidem canonicus nihil statuit de loco quo habendum sit capitulum generale instituti quod in variis dioecesibus domos habeat. Nullum privilegium agnoscit domui quae interdum, impropria ratione, *matrix* dicitur, et tamquam principalis habetur. Id igitur definiendum linquit constitutionibus. Quae si designent domum principalem, vel designationem committant Consilio generali, erunt observandae, ita ut solo consensu singulorum episcoporum in quorum dioecesibus domus exsistant, vel beneplacito S. Sedis, aliter fieri possit Etenim, cum haec res omnium intersit, de accidentali exceptione, per analogiam, dicere debemus sicut de mutatione legum, quae, ex c. 495, § 2 omnium episcoporum consensum postulat.

Res quoque definiri potuit aequa pactione inter episcopos facta, quando religio ad aliam dioecesim migrare cupiebat. Integrum tunc est episcopo dioecesis *a qua*, suae dioecesi

capitulum generale reservare ; nec prohiberi videtur quin aliquam auctoritatem in disciplinam totius instituti stipuletur : ita enim ante Codicem non semel factum esse novimus.

Si autem Constitutiones sileant ; si nulla pactio inter episcopos intervenerit, tunc restat applicandus c. 162 ad quem ipse c. 507 de electionibus se refert. Canone vero isto designatio loci tribuitur praesidi collegii, i. e. iis qui religionem gubernant seu propriis Superioribus.

Et cum, ex ipso Codice, episcopi in quorum dioecesi religio domicilia habet aequali sint iure, Ordinarius loci ubi est domus principalis non videtur impedire iuridice posse quin extra suam dioecesim capitulum congregetur.

Quod si fiat, non ad ipsum spectabit electionem Superiorissae generalis confirmare vel rescindere, sed, ut ipse c. 506, § 4 declarat, pertinebit ad Ordinarium loci in quo electio peragitur.

III. De bonis religiosorum et administratione temporali

1. De c. 534 *seu de bonorum alienatione.* Sub iure superiore, distingui debebat alienatio boni immobilis, quae, nisi ageretur de praediis separatis exigui valoris, semper postulabat beneplacitum Apostolicum, et alienatio boni mobilis : pro solis bonis mobilibus pretiosis, sollemnitas beneplaciti requirebatur. Nunc autem, cum c. 534 et c. 1531 communi voce *res* utantur, quaeritur utrum necne distinctio ista neglegi possit ?

Ac responsio affirmativa indubia est. Codex enim hac distinctione memoranda, in materia quam plene tractat, constanter abstinet. Et facilis ratio mutati iuris indicari potest, possessiones mobiles saepe hodie esse maioris valoris et utilitatis quam immobiles ; ac possessiones ecclesiasticas immobiles non paucis periculis esse oppositas. Non est itaque cur hodie de rebus immobilibus severius quam de mobilibus statuatur.

II. **Quaeres** utrum necne ad religiosorum administrationem transferendus sit. c. 1541 **de locatione** bonorum.

Ratio dubitandi praebetur silentio c. 534, quod de sola alienatione agit, et rursus necessitas ut is quoque contractus, si fiat a religiosis, quibusdam cautionibus muniatur.

Directam tamen applicationem c. 1541 existimamus esse negandam. Res enim non potuit fugere legislatorem, qui dum alium canonem vicinum memorat, i. e. c. 1531, hunc consulto silentio premit. Verum indirecte, quatenus c. 1541 docemur quaenam locatio-conductio nomine alienationis hodie comprehendatur, eo canone etiam actus religiosorum attinguntur.

Ante Codicem, nomine alienationis veniebat omnis locatio ultra triennium *frugiferum*, ita ut bona quae in binos annos sunt frugifera in sexennium sine beneplacito Apostolico locari possent. Nunc autem pro sola locatione *ultra novennium*, c. 1541 beneplacitum Apostolicum exigit, si valor locationis excedat triginta millia libellarum seu francorum. Huic igitur soli locationi applicantur regulae de alienatione. Dicemus itaque nomine alienationis venire omnem locationem ultra novennium ; valor dein istius locationis religiosos docebit quaenam sollemnitas consensus seu beneplaciti requiratur.

N. B. Valor locationis aestimatur, non ex summa quae, cum dies ad quem contractus finiatur percepta vel debita sit, sed ex summa quae post singulos terminos est a conducente solvenda : erit ergo pretium annuum, si praedium ferat fructus quotannis; duorum annorum, si reditus tantum post binos annos obtineantur.

III. **Dos Sororis** estne ita annexa personae ut eam sequatur in aliam provinciam eiusdem religionis, si religiosa alii provinciae addicatur ?

Respondemus, rem istam libere Constitutionibus definiri posse ; naturae rei tamen et sanctionibus Codicis magis consentaneum essse ut ad aliam provinciam cum persona transeat Sic enim Codex statuit, cum religiosa ad aliud monasterium eiusdem Ordinis transit : huic, ex c. 552, § 2, dos a die transitus debetur.

IV. **Ad cc. 569, § 2 et 580.** Ex c. 580, cessio administrationis et dispositio de usu et usufructu bonorum suorum, quam fecerit, religiosus mutare potest « non quidem proprio arbitrio, nisi constitutiones id sinant, sed de supremi Moderatoris licentia, aut, si de monialibus agatur, de licentia Ordinarii loci et, si monasterium regularibus obnoxium sit, Superioris regularis ».

De canone isto quaeritur : 1. Possuntne observari constitutiones quae mutationem permittant, non quidem proprio religiosi arbitrio, sed cum licentia Superioris maioris, v. g. Provincialis? Ratio dubitandi haec affertur, canone duplicem tantum mutationem permitti : alteram quae ex constitutionibus, fiat proprio religiosi professi arbitrio ; alteram quae licentiam Superioris Generalis requirat.

Dubium, attento iure superiore solvendum videtur. Iure enim superiore, cessio et dispositio erant, durante professione, per se irrevocabiles; ab initio tamen statui poterant revocabiles; sed facultate sibi reservata professus uti non poterat, nisi accedente beneplacito Apostolicae Sedis.

Sic rem declaraverat S. C. *Ep. et Reg.* 30 dec. 1882 (Cf. nostrum *De religiosis*, etc. II, n. 68). Hanc igitur disci-

plinam temperans, Codex contentus est facultate Superioris generalis; immo permittit constitutionibus ut mutationem statuant proprio arbitrio religiosi professi faciendam. Si iam haec clausula efficax esse potest, fortiore ratione valebit haec altera, qua mutatio fiat cum licentia Supetioris infra Generalem. Ut aliis utamur verbis, quando Constitutiones nihil de re decernunt, voluit Codex nihilo minus permittere ut mutatio fieret cum licentia Superioris Generalis, dum antea requirebatur beneplacitum Apostolicum, sed nullo modo restrinxit ius Constitutionum ordinandi aliter facultatem mutandi destinationem redituum.

2. In religione ubi, sicut ius commune nunc postulat, vota nuncupantur temporaria et perpetua, potestne religiosus denuo, ante professionem perpetuam, reficere dispositionem bonorum quam primum fecerit qua novicius, ante vota temporaria? Id fieri posse existimat R. P. Blat, *Commentarium textus*, l. II, p. 550, hac nixus ratione, quod dispositio dicatur facienda « ad totum tempus quo simplicibus votis astringetur », quasi haec verba significent : ad diem in quam vota temporaria sint facta.

Sed haec minus recte dicta opinamur cum R. P. Larraona, C. M. F., *Commentarium pro religiosis;* I, p. 336. Etenim, in c. 569 agitur de dispositione quam fecerit *novicius*. Post primam professionem disponens non iam est novicius. Dein, ita, ex Codice debent renovari vota temporaria ut, adveniente eorum die, religiosus, ne per momentum quidem sit sine votis, ut explicamus in *Epitome iuris canonici,* I, n. 580. Quare verba « ad totum tempus quo votis simplicibus astringitur » idem per se sonant quod : ad totum tempus quo manebit religiosus. (Excipe casum accidentalem servitii militaris.) Nec, contra atque existimat R. P. Prümmer, *Manuale iuris ecclesiastici,* p. 212, putamus a legislatore hic considerari casum quo quis, iam votis perpetuis ligatus transeat ad aliam religionem, et ibi, peracto noviciatu, ante professionem quam tunc perpetuam est facturus disponat de usu et usufructu bonorum suorum. Is enim plerumque iam nullam dispositionem faciendam habebit. Prudenter tamen Codex loquitur de cessione et dispositione quae vel professionem temporariam vel perpetuam praecedat, quia religiones esse possunt quae privilegium votorum immediate perpetuorum conservaverint. Sic, ex declaratione Commissionis pontificiae Codicis, Societas Iesu et Sorores a SS. Corde.

3. Non paucae religiones ante Codicem hac formula definiebant regimen paupertatis professionis simplicis : « Debent ante professionem simplicem, cedere pro tempore quo in eadem votorum simplicium professione permanserint, administrationem, usumfructum et usum quibus ipsis placuerit,

atque etiam suo Ordini ». Hinc quaeritur utrum professi isti possint ante simplicem suam professionem statuere ut patrimonii sui fructus ipsis bonis accrescant. Et 21 nov. 1902 S. C. Ep. et Reg. negativum dedit responsum. Plurium tamen religionum usus contrarius non videtur hoc unico responso improbatus. Dicemus itaque ipsam religionis consuetudinem esse interrogandam. Per se, necessaria ususfructus cessione, videtur prohibita reservatio ususfructus ut ad capitale addatur. Verum non ubique formula hoc rigore est intellecta. Cf. *Per.* I, n. 42 et *De religiosis*, I. n. 246.

4. Debentne moniales licentiam simul habere Ordinarii loci et Superioris regularis ?

Affirmative respondendum est ; namque ita fert sententiae structura et oeconomia generalis qua, in pluribus rebus monialium simultanea actio episcopi et Superioris regularis postulatur.

5. Quo pacto **mutatio in favorem religionis** licite fieri poterit ? Tunc, ut ex textu manifestum est, licentia Superioris generalis non sufficit si mutatio est de notabili parte ; sed requiretur beneplacitum Apostolicum. Fatemur a nobis minime capi quomodo R. P. Fanfani, *De iure religiosorum* n. 193, scribere potuerit : « Quae tamen licentiae necessariae amplius non erunt, si mutatio saltem de notabili parte fiat in favorem religionis.

6. C. 583, qui decernit, professis in Congregationibus religiosis non licere ut per actum inter vivos **dominium bonorum titulo gratioso abdicent,** prohibetne omnem abdicationem veram an eam tantum quae per actum in forma sollemni fiat ?

Ac manifestum est Codice rem ipsam, non formam considerari. Aeque igitur illicitum erit per donationem manualem ac per actum coram notario gratuitam illam abdicationem facere.

Abdicationem tamen intellegas *completam.* Quare qui sibi reservaverit efficaciter ius recuperandi bona seu eorum valorem si qua necessitas vel circumstantia ipsum extra religionem ponat, sic revocabilem donationem facere non videtur vetari.

IV. De religiosarum confessionibus

Quaeres de vi declarationis 24 nov. 1920 qua, ad quaestionem : « Utrum verba c. 522 « Confessio in qualibet ecclesia vel oratorio etiam semi-publico peracta valida et licita est », ita intellegenda sint, ut confessio extra ea loca peracta, non tantum illicita, sed etiam invalida sit ? responsum est

« Canon 522 ita est intellegendus, ut confessiones, quas ad suae conscientiae tranquillitatem religiosae peragunt apud confessarium ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum, licitae et validae sint, dummodo fiant in ecclesia vel oratorio etiam semi-publico, aut in loco ad audiendas confessiones mulierum *legitime* destinato ».

Vis propria istius declarationis haec est, ut usurpata clausula *dummodo,* significet agi de vera *condicione.* Forma tamen sua exteriore, responsio locum esse sinit dubio utrum de condicione *valoris* an *purae* liceitatis agatur. Et quamvis persuasum habeamus agi de condicione valoris, quia iurisdictio specialis, quae extra istius casus condiciones requiritur, non est secundum se condicio solius liceitatis, fatemur tamen non mirari quod non unus scriptor diversam conclusionem propugnet.

Praeterea constat iam ecclesiam vel oratorium semi-publicum non ita exclusive accipienda esse ut alius locus legitime confessionibus destinatus tales confessiones non permittat. Locus autem legitime *destinatus* est locus ubi ex *auctoritate competente* confessiones mulierum *habitualiter* audiri possunt. Non est ergo cubiculum particulare religiosae infirmae.

Denique forma responsionis occasionem etiam dare potest neglegendi condicionem quae in ipso c 522 exprimitur his verbis : « Si adeat ». Hanc tamen nobiscum urgent RR. PP. Creusen, *Nouv. Rev. Theol.* 1921, p. 57 et Goyeneche, C. M. F., *Commentarium pro religiosis*, 1921, p. 13-24.

7. **Dubium de Declaratione circa decretum:** *Inter reliquas* (15 iul. 1919. A. A. S. XI, p. 321.)

In quibusdam regionibus fit ut religiosus, postquam militiae effective ascribitur, obtineat statim licentiam qua per quinque annos, v. g. studiorum causa, servitium militare differre possit, nisi interea urgens causa fuerit eu dem recessendi.

Quaeritur iam de regimine quo talis religiosus utatur per istos quinque annos.

Huic quaesito ita respondendum videtur.

In ipsa declaratione 15 iul. duplici ratione indicatur dies (incerta) ad quam facienda sunt vota temporaria religiosi servitio militari astricti. Vota dicuntur cessare « die quo religiosus militiae effective ascriptus et disciplinae militari subiectus evadit, vel inhabilis ad militiam absolute et in perpetuum declaratur ». In posteriore ista hypothesi, cessant quidem vota sed simul provisio particularis; et, si tempus sufficiens fuerit elapsum, religiosus perpetuam facere profes-

sionem iam poterit. In priore autem casu, duo requiruntur u
vota cessent : ut effective religiosus militiae ascribatur et u
disciplinae militari subiectus evadat.

In proposito dubio, religiosus militiae quidem effective es
ascriptus, militarem tamen disciplinam nondum subit.

Dicemus itaque tali religioso diem qua vota sua temporari
cessent nondum advenisse, ita ut vota ista servanda habea
donec non re vera stipendia mereri cogatur.

DISSERTATIONES ET QUAESITA

QUAESTIONES DE CODICE CANONICO

VI. Comparatio religionis clericalis et non clericalis

Non modicae utilitatis esse arbitramur, si ad usum lectorum nostrorum, comparationem instituamus inter religionem *clericalem* et *laicalem*, ut distinctius et magis synthetice cognoscamus, quibusnam dispositionibus specialibus proprium regimen constet utriusque generis religionum. Et quia tum *exemptio*, tum ratio *Ordinis* seu religionis votorum sollemnium etiam condicionem iuridicam afficiunt, quid haec influant accessorie notare non omittemus. Ordinem autem sequemur quem canones Codicis nobis sequendum suggerunt.

1. *Praecedentia.* Clerus saecularis praecedit religiosis, etiam in eorum ecclesiis, si est religio *laicalis* (c. 491, § 2), illum, in propriis ecclesiis, clerus religiosus praecedit saeculari.

2. *Licentia erigendi domum, quid contineat.* Religio *clericalis*, non autem laicalis, possidet in permissione constituendae novae domus facultatem habendi ecclesiam vel publicum oratorium annexum (c. 497, § 2).

3. In religione *clericali exempta*, Superiores et Capitula habent iurisdictionem pro foro tam interno quam externo : iurisdictione carent, per se, Superiores religionis laicalis.

4. Superiores maiores in *religione clericali exempta*, pro negotiis ecclesiasticis suae religionis, notarios constituere possunt (c. 503).

5. Saltem bis in mense, praesertim in religionibus *laicalibus*, pia ad omnes de familia exhortatio facienda est. Strictior itaque obligatio religionibus laicalibus imponitur.

6. Congregationes *laicales* subsunt visitationi Ordinariorum locorum, etiam in his quae spectant internam *disciplinam* (c. 512, § 3, 3°), secundum modum praescriptum cc. 513 et 618.

Congregationes clericales iuris pontificii, tam exemptae quam non exemptae, visitari possunt in iis quae pertinent ad

ecclesiam, sacrarium, oratorium publicum, sedem ad sacramentum paenitentiae (c. 512, § 2, 2°).

Commune tamen est religiosorum exemptorum, ut non possint visitari nisi in casibus in iure expressis (c. 344, § 2).

Regulares autem (exceptis quadantenus monialibus) ab omni visitatione Ordinarii exempti sunt (Arg. cc. 512. 615). Solae visitari possunt in eorum ecclesiis associationes laicorum, quod ad bona temporalia (cc. 690. 691).

7. In omni religione *clericali*, ius et officium est Superioribus ministrandi sacramenta aegrotis professis, noviciis, aliisve in religiosa domo diu noctuque degentibus, causa famulatus aut educationis aut hospitii aut infirmae valetudinis (c. 514).

« § 2. In monialium domo idem ius et officium habet confessarius vel qui eius vices gerit » (c. 514, § 2).

« § 3. In alia religione *laicali*, hoc ius et officium spectat ad parochum loci vel ad cappellanum quem Ordinarius parocho suffecerit » (c. 514).

8. In singulis religionum *clericalium* domibus, deputandi sunt *plures*, pro sodalium numero *confessarii* (c. 518, § 1).

Contra, in religione *laicali*, sufficit ut *unus* deputetur confessarius ordinarius et extraordinarius. Deputantur autem ab Ordinario loci (c. 528). Petenti autem religioso, confessarius specialis concedendus est (c. 528).

In *exempta* tamen religione laicali, Superior proponit confessarium (cc. 529 et 875, § 1).

De institutis Sororum hic non agimus.

9. In religione *laicali non exempta*, Ordinarius loci designat sacerdotem a sacris, et probat eum qui est a confessionibus ; in religione laicali *exempta*, Superior regularis eosdem designat, eiusque neglegentiam supplet Ordinarius loci (c. 529).

In religione *clericali*, haec spectant ad Superiores.

10. In religione *clericali*, confessarii ordinarii in ipsa domo noviciatus commorari debent ; in *laicali*, satis est ut frequenter accedant ad audiendas noviciorum confessiones (c. 566, § 2, 2°).

11. C. 585, modo generali statuitur omni professione perpetua amitti propriam dioecesim quae in saeculo habebatur. De extensione tamen istius canonis ad non clericos, dubitari potest.

12. Sola religio *clericalis* respicitur titulo XII, De ratione studiorum (c. 589, § 1 et 2).

13. Titulus XVI *assimulat* pro religiosorum dimissione religiones *clericales non exemptas* et religiones *laicales*.

Quod ad ipsos autem dimissos, Codex satis clericos a aicis distinguit.

14. Quod ad *ordinationes*, ex ipso iure non sunt distinguendi nisi *exempti* a non exemptis : priores, non autem,)er se, posteriores, ordinandi sunt cum litteris dimissoriis)roprii Superioris. Sed variis indultis, isti rei provideri :onsuevit. Liquet autem haec non attinere nisi ad socios :lericos religionis laicalis.

15. Pro *funeribus*, modo uniformi providetur canone 1221. Si tamen Superior sit laicus, ipsius ius exercetur per sacerotem religiosum qui sit in domo.

16. Ius dispensandi in ieiunio, abstinentia et observantia estorum, reservatur Superioribus religionis clericalis *exemtae* (c. 1245).

17. De *custodia ss. eucharistiae,* cc. 1265. 1267, clericales eligiones a laicalibus non distinguunt : utrisque necessaria st *per se* (salvis privilegiis) licentia Ordinarii loci, ut s. eucharistia in ecclesia collegiata vel in oratorio principali sservari *possit*. Proprium tamen est religiosorum *exemptorum*, tam mulierum quam virorum, ut in ecclesia eorum omui annexa, ss. eucharistia asservari *debeat*.

18. Benedictio sacrae supellectilis pro propriis ecclesiis, ine ulla distinctione addicitur c. 1304 *Superioribus religiosis* t sacerdotibus propriae religionis quos ipsi delegaverint. aque, si in religione laicali non nulli Superiores sint sacerotes, benedictio competet Superiori sacerdoti sive immeiato sive mediato. Ubi nullus sit Superior sacerdos, benedictio spectabit ad parochum loci vel ad sacerdotem ab)rdinario loci designatum aut delegatum.

19. Pro contione habenda ad domesticos, soli Superiores eligionis *clericalis exemptae* subtrahuntur iurisdictioni)rdinarii loci, ex c. 1338, § 1.

20. Solae *scholae* internae pro professis *religionis exemtae* immunes sunt ipso iure, a visitatione Ordinarii loci c. 1382).

21. *Commune* est omnium religiosorum ut ad libros edendos, opus habeant licentia sui Superioris maioris et Ordiarii loci (c. 1385).

22. Ex c. 1406, « Superiores in religionibus *clericalibus* » dem profiteri debent coram capitulo vel Superiore qui eos ominavit, vel eorum delegato.

23. De bonis *fiduciarie acceptis* a religioso, monendus est rdinarius loci, nisi religiosus pertineat ad religionem *clericalem exemptam :* huic enim satis est proprium Ordinarium ionere de triennali (c. 1516) Superioris localis mutatione.

VII. De triennali Superiorum localium mutatione

1. Pauci canones difficilioris exsecutionis sunt quam c. 505 de triennali vel saltem sexennali Superiorum localium mutatione. In ipsa enim Europa, magnae scholae, magna hospitalia frequentem istam mutationem aegre ferunt, praesertim si, ut non raro evenit, Superiores admitti simul debeant a Gubernio civili. Nec minoribus incommodis obnoxia est solutio proposita committendi alteri ac Superiori communitatis directionem istorum operum caritatis, cum praefectus operum principalem locum necessario servaturus sit, nec vitari possit ut alteruter, sive Superior in gubernatione domus, sive Praefectus in gubernatione operis multis rationibus alterius auctoritate impediatur.

Constatne autem institutum multis parvis domibus ? Tunc diversa exsurgit difficultas reperiendi, numero sufficiente, aptos Superiores. Atque hic etiam habentur gubernandae scholae vel opera quae, mutato Superiore, sunt obnoxia ruinae. Crescit difficultas in missionibus exteris, ubi frequentes mutationes tam damnosae esse possunt quam fuerit sexennalis remotio omnium parochorum.

Hactenus tamen, quantum resciamus, S. Congregatio solam viam dispensationum particularium Institutis sequendam proposuit [1].

De opportunitate urgendae vel temperandae legis quae etiam gravibus rationibus commendatur, iudicare nostrum non est. Verum istud privatis viris licet, ut rationabili canonum interpretatione, humanam ac proin constantiorem et pleniorem eorum exsecutionem consectentur.

2. Quocirca, in *Epitome*, I, n. 481, modum insinuavimus quo difficultas ex parvis domibus exorta, partim saltem minui possit. Observes antiquam monachorum disciplinam. Praeter monasteria seu prioratus sui iuris, quibus abbas infulatus vel Prior sui iuris praeest, domus sunt inchoatae seu minores, nomine obœdientiarum vel prioratuum simplicium [2], quas abbas monasterii sui iuris sua auctoritate regere pergit, ita ut Superior istius domus sit quasi Prior vel Superior in monasterio : talis non est ad triennium, ex iure communi constituendus. In Ordinibus recentioribus, v. g. in Societate Iesu, praeter residentias independentes, constituuntur dependentes, quarum verus Rector est Superior

---

[1] In Constitutionibus tamen cuiusdam Congregationis Sororum admisit ut Superiorissae constituerentur ad sexennium, ac possent dein semel ad triennium confirmari.
[2] Cf. MOLITOR, O. S. B. *Religiosi iuris capita selecta*, n. 309. 310.

collegii vel domus principalis, qui in praefecto residentiae dependentis, quocumque nomine is vocetur, habet ministrum seu adiutorem, fere sicut parochialis vicarius quandoque cappellae addicitur. Nihil ergo videtur prohibere quin in locis missionum vel etiam in Europa, huiusmodi domus dependentes sine vero Superiore locali erigantur, sed obnoxiae fiant Superiori locali domus principalis.

3. Quaestio haec movetur : Suntne ad istud triennium applicandae regulae supputationis temporalis libri I, tit. 3?

Ac distinguendum putamus inter tempus ad quod constituitur Superior et tempus per quod domum re vera administrat. Triennium ad quod constituitur intellegendum est secundum canonem 94, qui sub 5° exemplum affert quod videtur nostro casui accommodatum : « triennium ad electionem renovandam ».

Sed, elapso triennio, potest Superior localis ex dispositione constitutionum, consensu Superioris competentis, quasi *ad interim* administrationem servare, dummodo moraliter debito tempore officium dimittat, et sincere agatur, sine fraudis intentione.

Id suadet *rei utilitas* vel adeo *necessitas*. Interdum successor idoneus statim praesto adesse nequit, sed per unum alterumve mensem alia negotia expedire debet ; interdum exspectandum est per unum alterumve mensem, donec adveniat dies quo omnes Superiores mutantur.

Id suadet *analogia iuris*. Vacantis paroeciae administrationi providetur ; nec raro fit in iure canonico et civili ut qui officio decedat administrationem servet donec successor advenerit.

Id suadet c. 505. Canone isto haec duo vetantur : Superiores locales, ne constituantur ultra triennium ; ne post alterum triennium *ad idem munus* assumantur in eadem domo. Non autem assumitur ad idem munus, is cui, altero titulo, per unum vel alterum mensem domus regimen committitur. Quare approbari posse arbitramur Constitutiones quae permittunt, ut qui Superiores nominant tempus Superioribus, non ultra sex menses augere vel minuere possint.

VIII. **Quaesita de indulgentiis**

Canon 924, § 2, qui sic effertur: « Indulgentiae coronis aliisve rebus annexae tunc tantum cessant, cum coronae aliaeve res prorsus desinant esse vel vendantur », duplici dubitationi potissimum locum dare potest: alteri quae extensionem istius dispositionis, alteri quae ipsam vim respicit

qua indulgentiae perire dicuntur quando coronae aliaeve res prorsus desinant esse. De utraque dubitatione utile ducimus haec proponere.

I. Dispositio istius canonis tacite permittit ut eadem res cum suis indulgentiis per plures transeat possessores, qui singuli indulgentias istas lucrari possunt. Statim autem perspicitur, id valere non posse de indulgentiis quae definitam inscriptionem seu cooptationem in quandam associationem supponunt. Verum quaestio fiebat, et quidem merito, utrum necne ipsum regimen *indulgentiarum apostolicarum* isto canone attingeretur. Nomine indulgentiarum apostolicarum veniunt indulgentiae quas RR. PP. coniungunt cum rebus a se vel ab aliis quos debita facultate munierint benedictis. Elenchus huiusmodi indulgentiarum primum vulgatus est a Benedicto XIII (1723) ; ac deinceps, sine notabili mutatione promulgari consuevit ineunte novo Pontificatu. Iam vero elenchus a SS. D. Benedicto XV promulgatus 5 sept. 1914 (A. A. S. VI, 505) hanc consuetam clausulam continet : « Iubet idem S. Pontifex, indulgentias Christifidelibus concessas qui retinent aliquod ex praedictis obiectis, iuxta decretum s. m. Alexandri VII editum die 6 febr. 1657, non transire personam illorum pro quibus benedicta fuerint, vel illorum quibus ab iis prima vice fuerint distributa ». Fuitne per Codicem tam recenti ordinationi derogatum ; nonne indulgentiae Apostolicae ad genus mixtum pertinere dicendae sunt, ita ut, quia non mere reales, locus non sit allegandi c. 924, § 2 ? Sic non nulli ratiocinabantur. Nuperrime autem aperta declaratione S. Pontificis, dubium sublatum est. Etenim, in audientia 4 febr. 1921, SS. Dominus confirmavit responsum *S. Paenitentiariae,* decretum istud Alexandri VII esse canone 924, § 2 abrogatum, iussitque responsum istud publici iuris fieri (A. A. S. XIII (1921), p. 164).

Hinc consequitur, res istas, apostolicis indulgentiis munitas iam fere aequivalere imaginibus Christi crucifixi, quae dicuntur indulgentiis *totiens quotiens* ornatae. Namque, ex declaratione S. Officii, ex aud. SS. 11 iun. 1914 « Facultas benedicendi crucifixos cum indulgentiae plenariae applicatione, *totiens quotiens* nuncupatae... ita et non aliter est intellegenda, ut quicumque Christifidelis, in articulo mortis constitutus, aliquem ex huiusmodi crucifixis benedictis, etiamsi illi non pertineat, osculatus fuerit vel quomodocumque tetigerit, dummodo confessus ac sacra communione refectus, vel, si id facere nequiverit, saltem contritus, SS. Iesu nomen, ore, si potuerit, sin minus, corde, devote invocaverit, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperit, plenariam indulgentiam acquirere valeat ». (Per. VIII, p. 204-205).

Subsistit tamen notabile istud discrimen : indulgentiae apostolicae *possessionem* rei benedictae requirunt, ita ut aegrotus indulgentiam in articulo mortis non lucretur, nisi in eo articulo rem penes se habuerit ; dum, post datum osculum vel factum contactum qualis praescribitur, iam condicioni indulgentiae *totiens quotiens* prorsus est satisfactum, nec praesentia rei benedictae in articulo mortis iam est necessaria.

Age porro, ex declaratione facta, istud, instar corollarii, colligendum videtur. In communi coronae recitatione, notum est sufficere ut una persona ex communitate rosarium manu teneat, eoque in recitatione de more utatur (Decr. 22 ian. 1858. *Decr. auth.* n. 384). Hactenus autem persona ista suo tantum rosario efficaciter uti poterat, nec alii cum ipsa rosarium recitantes indulgentias pro quibus usus coronae benedictae requiritur lucrari poterant nisi talem coronam possiderent. Necessitas ista hodie sublata videtur, cum eadem corona benedicta pluribus successive, ergo etiam simul, prodesse possit ad lucrandas indulgentias.

II. Non ipsa catena qua globuli colligantur sed soli globuli benedictione muniti sunt. Inde catena mutari potest intactis indulgentiis. Estne autem, in ista mutatione, attendendum ut forma coronae semper servetur, et sic nova catena statim recipiat globulum qui priori tollitur ; an potest simpliciter destrui prior corona, et ex globulis benedictis et nova catena restitui ? R. P. Fanfani, in suo libello *De indulgentiis*, pp. 75-95, severiori adhaeret sententiae, perditas existimans indulgentias, saltem SS. Rosarii, si semel globuli in confusum acervum congregentur. Aliter tamen respondendum est. Sane, quamdiu coronae forma destructa est, indulgentiae suspenduntur, sed, restituta corona ex globulis benedictis, indulgentiae redintegrantur, sicut, refecto altari vel ecclesia, indulgentiae reviviscunt. Hoc nunc formaliter in Codice canonico admittitur in c. 924, § 1, dum modo ecclesia intra 50 annos rursus moraliter in eodem loco et sub eodem titulo aedificetur. Atque analogia ista nobis primum praebet argumentum. Praeterea, ut cessent indulgentiae, necesse est ut corona prorsus esse desinat. Iam vero non prorsus esse desinit corona quae mox ex iisdem granis reficitur. Accedit auctoritas probatorum scriptorum, v. g. Beringer-Hilgers, *Die Ablässe,* I, 427. R. P. Fanfani allegat quidem pro contraria parte, *Acta pro societate SS. Rosarii*, I, c. 5, n. 108. Sed allegatus locus potius nobis favet. Sic enim habet : « Si filum mutetur confusis sine filo granis, *aliqui* tenent amitti benedictionem cum indulgentiis. Attamen, *secundum opinionem magis communem,* in hoc casu conservatur benedictio cum indulgentiis, dummodo ex iisdem granis cum novo filo conficiatur corona ». Nec indulgentiae

pereunt si pauca grana non benedicta loco amissorum granorum substituantur. Immo, ista accessione ad grana benedicta, censentur ipsa benedictione donata. Et sic fieri potest ut paulatim ex novis granis, non prius benedictis, reficiatur corona quae tota benedicta maneat, quia singulae accessiones fuere granorum minore numero ac grana benedicta. Doctrina ista confirmatur c. 757, § 2, de aqua baptismali. « Si aqua benedicta in baptisterio adeo sit imminuta ut minus videatur sufficere, alia non benedicta admisceatur, etiam iterato, minore tamen copia ».

III. Recenti quoque declaratione, 22 ian. 1921, practice secura facta est pro omnibus qui secundum istum morem Rosarium recitare consueverint, consuetudinem addendi, post vocem *Iesu*, in singulis *Ave Maria*, brevem enuntiationem mysterii meditandi. Namque indultum quo Pius IX anno 1859 usum istum ubi iam invaluerat probaverat pro indulgentiis, a SS. D. Benedicto XV extensum est « favore omnium qui iuxta praedictum morem in quibuslibet locis SS. Rosarium recitare consueverint ». *Consueverint*, inquam. Non mere ergo toleratur consuetudo responsioni anterior, cum non dicatur « qui hactenus hac ratione rosarium recitare consueve*rant* » sed permittitur ut alii hunc morem ubique assumant.

De qua re legere iuvat lucubrationem historicam quae habetur in ed. 14 operis *Die Ablässe*, Beringer-Hilgers, I, p. 467. Ibi docemur Carthusiani Dominici Pruteni, qui ineunte saec. XV, primus mysteria cum recitatione salutationum angelicarum coniunxit, morem fuisse ut in fine singularum salutationum angelicarum mysterium memoraret. Tunc autem *Ave Maria* desinebat in vocem : *Iesu*. Mos itaque de quo dubitabatur ad primam originem Rosarii referendus est. Si autem rem in se considerare velimus, qui sic mysterium enuntiat salutationem angelicam nullatenus mutare cogitat, sed, in media recitatione, quasi moram interponendo, mysterium vel partem eius recordari intendit. Cur hoc magis obstarit indulgentiis quam valori baptismi additio nominis B. M. Virginis, ea mente facta ut mere, post formam sacramenti, B. Virginis intercessio imploretur ? Sic enim collatum baptismum valere censent scriptores, quamvis, ut liquet, additio ista sit prorsus illicita.

FACULTATES A S. C. PROP. FIDEI ORDINARIIS MISSIONUM CONCESSAE

N. B. Ut nobis expressa vota impleamus, hic subiciemus commentarios de facultatibus quas S. C. de Prop. Fide Ordinariis missionum concedere solet.

DISSERTATIONES ET QUAESITA

N. B. Propositum nobis erat in hoc tomo X breves commentationes inserere formularum recentiorum, quibus S. Congregatio *de Propaganda Fide* episcopis vel quasi-episcopis suae ditionis varias facultates communicat. Sed sufficiens spatium non superest ut opus istud in praesenti fasciculo absolvere possimus. Ne ergo in duos separatos tomos explicatio missionariis optatissima quaerenda sit, obtemperamus consilio nobis lato completos commentarios reservandi proxime sequenti tomo XI.

Hic ergo varia puncta attingemus canonica, alia propria missionarium, alia propria religiosorum, alia utrorumque communia.

QUAESTIONES DE CODICE CANONICO

X. Interpretatio canonis 1127, de favore iuris concesso privilegio Fidei

Brevissimus canon 1127 : « In re dubia privilegium Fidei gaudet favore iuris », propter ipsam brevitatem enuntiationis et frequentem usum privilegii Fidei in missionibus, desiderium generat fusioris explanationis, qua tamen scriptores abstinere solent.

Huic plurium voto pro viribus satisfacere hac nostra disquisitione in animo nobis est.

I. *Quo genere interpretationis*, lato an stricto in commendando canone utendum sit, ambigi nequit. Ampla seligenda est. Quomodo enim privilegium quod propter fidei causam concessum est et cui canon favorem iuris anectit strictae interpretationi subesse posset ? Exemplo latae interpretationis nobis praeit S. Sedes, quando requisitus discessus partis infidelis iam haberi dicitur cum pars infidelis pacifice cohabitare quidem vellet, sed impeditur physico impedimento cuius pars fidelis causam post baptismum non dederit (Cf. nostrum *De Casu Apostoli,* nn. 75 ss.).

Posito hoc principio interpretationis, iam tria magis declaranda videntur. Quid sit « *in re dubia* » ; quid sit *privilegium Fidei ;* quid *favor iuris*. Explicationem istam, ordine tamen inverso trademus.

II. *Quid sit favor iuris*. Favor iuris *obiective* consistit in propensione legis ad admittendum privilegium Fidei eiusque usum, ita ut in dubio eidem locus detur.

Subiective, ius per se intellegi potest vel divinum vel humanum, vel utrumque. Ac ius *humanum* favere privilegio Fidei ex ipso nostro Codice manifesto liquet. Namque c. 1127 regulam favoris iuris pronuntiat ; c. 1014 salvum vult privilegium fidei, non obstante praesumptione pro valore matrimonii, ita ut favor matrimonii favore privilegii Fidei superetur.

Estne perinde dicendum de iure *divino?* Perinde dicendum esse arbitramur. Etenim regulam generalem appellare possumus, non esse distinguendum ubi lex ipsa non distinguit. Canon 1127 loquitur de favore iuris, sine addito. Ergo utriusque iuris favorem dicit concessum. — Praeterea privilegium fidei ab aliis dicitur esse originis immediate divinae ; ab aliis ascribitur ad potestatem divinitus concessam Apostolis et nunc Sedi Apostolicae. Ergo interpretatio privilegii Fidei interpretationem dicit iuris divini vel potestatis divinitus concessae, ita ut favor iuris debeat potissimum esse favor iuris divini. — Denique in epistola *Probe te* Benedicti XIV, 15 dec. 1751, § 27 [1] favor iuris divini formaliter appellatur, cum permittitur ut baptizari possit infans gentis hebraicae, quem avia baptismo praesentat, reluctante infantis matre. Agitur enim ibi de non laedendo ipso iure naturae.

III. *Privilegium Fidei* est proprie facultas infideli converso concessa ut post baptismum alias nuptias contrahat, si pars non baptizata discedat i. e. noluerit converti vel saltem pacifice et sine contumelia Creatoris cum baptizato cohabitare. Latiore vero usu, ad privilegium Fidei referri quoque potest iudicium quo, in favorem fidei, matrimonium dubii valoris aestimatur et tractatur tamquam validum vel invalidum, prout validitas vel invaliditas viam baptismo munierit.

Latiore autem usu verba « *Privilegium Fidei* » hic sumenda esse probat regula universalis quam Benedictus XIV his verbis effert : « In re dubia, in favorem fidei pronuntiandum esse constans regula est. »

S. Officium vero in Instructione sua 9 dec. 1874, § 13, verba Benedicti XIV repetit ; in responsis autem 19 et 26 april. 1899 dicit : « Mens est ut in dubiis iudicium sit in fidei favorem » ; « mens est ut in dubio iudicium sit in favorem fidei [2] » (*Coll. P. F.*, nn. 2043 et 2044.)

Iam vero perpetua ista regula in nullo loco Codicis reperiretur, nisi in hoc canone diceretur contenta. Praeterea, nisi privilegium fidei intellegeretur etiam de iudicio ferendo pro nullitate matrimonii dubii, frustra c. 1014, ex quo, in dubio, matrimonium praesumi debet validum, reservaret c. 1127 de

---

[1] Bullarium Ben. XIV, t. III ed. Venit. 1768.
[2] Regulam explicat Wernz, *Ius Decr.* IV, n. 706, nota 66.

privilegio fidei. Nam privilegium fidei proprie dictum est de dissolvendo matrimonio, non autem de eodem iudicando valido vel invalido.

Itaque, in c. 1127, privilegium fidei est privilegium libertatis a certo vel dubio matrimonii vinculo quo conversus ad fidem, quibusdam observatis legibus, fruitur [1].

IV. « *In re dubia* ». Res dubia potest esse matrimonium ; sed non solum matrimonium. In dubio enim matrimonio satis est ut pro valido vel invalido habeatur, sine usu formali privilegii Paulini proprie dicti. Atque ipsum S. Officium privilegio fidei favendum esse declaravit in aliis rebus dubiis seu aliis condicionibus privilegii Paulini : v. g. si dubium sit utrum necne fidelis causam iustam dederit infideli discedendi (resp. 26 april. 1899).

Itaque, ut varias condiciones privilegii Paulini percurramus, dubius potest esse discessus infidelis ; dubia significatio responsi ad interpellationem ; dubia sufficientia causae dispensandi ab interpellatione, vel a responso exspectando ; dubia ipsa persona primae uxoris viri polygami. Regula valet de omnibus istis casibus, dummodo dubium maneat post diligentem inquisitionem, et intellegatur probabili ratione fundatum.

Quid si *dubius* sit ipse *baptismus ?* Variae hic hypotheses faciendae sunt. Agiturne de baptismo illius qui uti velit privilegio ? Est, v. g. vir adultus qui in infidelitate vivit et fortasse puer baptizatus est. a) Iste dubie baptizatus uxorem duxit infidelem. Ex c. 1070, § 2, standum est pro valore matrimonii ad normam c. 1014. Sed c. 1014 ipse reservavit c. 1127, ubi sermo fit de privilegio fidei. Si v. g. mulier baptismo mariti obstet, idem matrimonium haberi poterit pro invalido in favorem fidei, ut dubie baptizatus ad certum baptismum admitti possit. — b) Dubie baptizatus contraxit cum dubie baptizato. Idem responsum dandum videtur. — c) Dubie baptizatus contraxit cum indubie baptizato. Tunc nullus est locus privilegio, quod supponit matrimonium contractum inter duos infideles.

Agiturne de baptismo alterius partis ? a) Si infidelis contraxit cum dubie baptizato, eius matrimonium tamquam nullum considerari poterit, ut infidelis ad baptismum admitti possit. — b) Si dubitatur de baptismo recepto ab altera parte post coniugum separationem, usus privilegii non impeditur.

N. B. Supponitur baptismus receptus in Ecclesia catholica, vel a per-

[1] Cum catechumenus non possit uti privilegio Paulino, possit autem haereticus, fundamentum privilegii est potius *sacramentum fidei* quam ipsa fides (Cf. WERNZ, op. c. n. 702, nota 59).

sona conversa ad fidem catholicam, quia, praesenti iure, impedimentum disparitatis cultus haereticos vel schismaticos, baptizatos in haeresi vel schismate non afficit. (Cf. can. 1070, § 1.)

Si dubia sic in favorem fidei solvi possunt, casus de quo n. XIII (infrà, p. (32) agitur aliter expediri possit, si matrimonium Titii et Caiae apparuerit positive dubium. Tunc enim si ambo velint converti, neuter autem cum altero cohabitare, et nulla sit spes reconciliationis, ut sacramentum baptismi ambobus ministrari possit, matrimonium pro nullo tractari poterit.

Dubium praeterea potest esse *iuris* vel *facti*. Utrumque dubium potest solvi in favorem fidei. Casus iste a R. D. De Smet refertur « In casu matrimonii contracti inter gradus consanguinitatis infra quos matrimonium irritatur probabiliter ipso iure naturae, puta inter fratrem et sororem : posset nempe, una parte ad fidem conversa, matrimonium declarari nullum, libertate concessa parti baptizatae novas ineundi nuptias, citra applicationem casus Apostoli » (*De Sponsalibus et Matrimonio,* n. 343, nota 2.).

Pari ratione, quia nihil in Codice eam evidenter excludit, servari potest communis sententia qua, ante Codicem, validus privilegii usus non negabatur haereticis baptizatis (Cf. Ferreres, *Theol. mor.* II, 1115).

Notandum denique regulam qua matrimonium in favorem fidei declaratur validum vel invalidum non iam applicari posse quando ambo coniuges sunt baptizati. Tunc enim vigent regulae de matrimoniis baptizatorum.

Si res ita se habent, brevibus formulis quibus R. D. De Smet, op. c., n. 343 dixit : « Quodsi dubius apparet valor, dubium est solvendum *in favorem fidei,* seu libertatis partis conversae », et R. D. Chelodi, *Ius matrimoniale iuxa Codicem iuris canonici,* n. 156 : « Certum est etiam in re dubia (privilegium fidei) partem conversam iuvare, quia gaudet favore iuris », R. P. Creusen, *Epitome iuris canonici,* II, n. 437. hanc pleniorem feliciter substituit : « Res dubia dicitur ubi ad sequendam utramque responsi partem ratio quaedam probabilis affertur. Secus res potius ignoratur. Dubia ista possunt versari circa exsistentiam matrimonii iam initi ; circa validitatem matrimonii in infidelitate contracti ; circa personam primae uxoris ; circa validitatem baptismi ab una parte recepti ; circa sincerum ad interpellationem responsum ; circa causam sufficientem ad dispensandum ab interpellatione vel a responso exspectando. In his omnibus ea responsio admitti debet quae libertati partis conversae favet, ut cum fideli matrimonium contrahere possit vel novum cum fideli initum matrimonium valere dicatur ».

Canon autem 1127 sic ergo paucis exponi possit : In dubiis iuris vel facti, leges divinae et canonicae permittunt ut respondeatur pro usu privilegii Paulini vel pro libertate partis conversae, ante utriusque baptismum.

QUAESITA VARIA

QUAESITA COMMUNIA MISSIONARIORUM ET RELIGIOSORUM

X. De usu imaginis Christi crucifixi ad lucrandas indulgentias viae crucis

I. Supposita communi condicione, semper requisita, nimiae difficultatis impedientis quominus viae crucis legitime erectae stationes solito modo percurrantur, sub praesenti iure, ex c. 924, § 2. una eademque imago, rite benedicta ad supplendas stationes viae crucis, seu, ut vulgo dicunt, ditata indulgentiis viae crucis, pluribus fidelibus successive tradi poterit ut singuli, recitando vicies Pater et Ave ad praescriptas intentiones, cum aliqua recordatione passionis Domini, indulgentias viae crucis consequantur.

II. Sed minime praeterea impeditur collectiva et simultanea indulgentiarum consecutio. Etenim, instante Ministro Generali Fratrum Minorum, Leo XIII, in audientia habita die 19 ian. 1884 secretario S. C. *Indulgentiarum* et *SS. Reliquiarum,* « benigne annuit pro gratia iuxta petita, ut nimirum, ad tramitem indulti iam concessi pro recitatione SS. Rosarii, Christifideles, de quibus in precibus, si rite se componant pro pio exercitio viae crucis peragendo cum persona quae una tenet crucifixum, viae crucis indulgentias lucrari queant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. »

Itaque, in locis ubi nulla via crucis est erecta, v. g. in pagis barbarorum ubi saepe locus aptus erigendae viae crucis desideratur, missionarius itinerans possit congregatum populum de viae crucis devotione instruere, affectus quosdam ad passionem Domini excitare, ac subinde, tenens ipse manu imaginem rite benedictam (nisi causa sit cur eandem alteri tradat tenendam) cum astantibus viginti Pater et Ave recitare.

Si id praevidetur devotioni profuturum, possit etiam quasdam imagines de passione Domini sub oculis fidelium ponere dum istud exercitium peragitur.

Ut autem haec in ecclesia vel oratorio peragat, licentiam Ordinarii petere non omittet, ut c. 1259 satisfaciat, quo formae saltem non omnino usitatae devotionis expressae licentiae Ordinariorum sunt obnoxiae, in ecclesiis et oratoriis.

XI. Calicis consecratio et exsecratio

Id omnes norunt, hoc interesse inter calicem cuius pes vel basis ita coalescit cum cuppa ut immobiliter ei adhaereat, et calicem, qui tornatilis dicitur, cuius pes sola cocchlea *(vite, vis)* cum cuppa coniungitur ; priorem non vero alterum, separatione basis a cuppa exsecrari. Quid autem si ipsa cocchlea qua cuppa pedi inseritur frangatur, ita ut renovari debeat ?

R. Ex c. 1305, § 1, 1° calix exsecratur si « pristinam amiserit formam et iam ad usus non habeatur » idoneus. Porro, in statu suo praesenti, reparari debet pes seu cocchlea, ut calix inservire possit in missa. Verum in calice tornatili, cuius saepe basis a calice separatur, saepe nova coniunctio basis cum cuppa necessaria est ut calix actu inservire queat. Quid autem refert, ut ad istam coniunctionem aliqua reparatio in pede sit necessaria ? Vel aliis verbis, quid, in calice tornatili proprie est *calix ?* Calix proprie est tunc sola cuppa, quae sola, secundum communiorem sententiam, tunc est consecrata. Haec autem, in casu proposito, intacta mansit. Ergo propter fractam cocchleam calix minime exsecratur. Itaque C. Gasparri, *De Eucharistia*, n. 753, prudenter scripsit : « Calix amittit suam consecrationem si notabiliter frangatur *in cuppa,* vel si in fundo perforetur ».

Si res ita se habent, i. e. si sola cuppa consecrata dici potest, nihil prohibet quin, intacta semper consecratione, in calice tornatili, pars inferior tota mutetur, vel unus idemque pes duobus calicibus successive aptetur.

QUAESITA PROPRIA MISSIONARIORUM

XII. De caeremoniis baptismi differendis vel non

Canon 759, § 3 Codicis canonici praescribit ut « caerimoniae quae in baptismi collatione praetermissae quavis ratione fuerint, quam primum in ecclesia suppleantur », nisi agatur de haereticis qui in adulta aetate sub condicione baptizentur. His enim Ordinarius permittere potest baptismum mere privatum.

Iam vero casus sequens non adeo in missionibus apud barbaros est infrequens. Propter periculum mortis adultus baptizatur antequam receperit instructionem quae a catechumenis ante baptismum exigi consuevit. Aegrotus autem sine caerimoniis baptizatus convalescit. Cum barbari isti caerimonias in maximo pretio habeant, si usque ad com-

pletam eruditionem in fide differantur, ipse erit assiduus alumnus scholae catechisticae ; si vero statim suppleantur, modica spes est fore, propter habitualem barbarorum socordiam, ut umquam bene sit edoctus. Licetne, in his adiunctis, caerimonias differre ?

Resp. De hac re, nullum reperimus responsum authenticum S. Sedis. Nostra autem sententia, fas est dilatione caerimoniarum in tuto ponere bonum tam christiano necessarium sicut est sufficiens religionis cognitio.

Gravis quidem est obligatio supplendi caerimonias : verum non agitur de iisdem omittendis, sed tantum de iis differendis. Vult sane c. 759 ut suppleantur *quam primum*. Verum haec obligatio iam minus gravis videtur ; ac praeterea verba *quam primum* intellegi possunt, quam primum opportune fieri potest. S. C. *Prop. Fid.* 21 ian. 1789 respondit caerimonias supplendas esse « cum tempus et occasio opportuna affuerit » (*Coll. P. F.* n. 598, ad 1).

Estne autem opportuna suppletio quae instructioni religiosae prospicitur damnosa ? Ipse Codex addendo « in ecclesia » vult ut occasio adeundi ecclesiam exspectetur. Et sublata tantum spe satis proxima talis occasionis, permittit ut baptismus caerimoniis in domo privata veluti compleatur.

Quamvis autem omissio caerimoniarum a nullo praecepto confessionis vel communionis dispenset, « magis tamen conveniens est per se, ut caerimoniae suppleantur prius quam alia sacramenta recipiantur ». Sic S. C. *P. F.* 19 iul. 1838. *Coll.* n. 871.

Haec demonstrare videntur sufficere seriam causam ut caerimoniae differri possint. Talem causam praebet necessitas instructionis religiosae. Ergo propter talem causam caerimonias differre licebit.

Quid autem si baptizatus homo se ita gerat ut propter vitam scandalosam ipso baptismo indignus iudicandus videatur ?

Resp. Ne per suppletas caerimonias novum scandalum scandalo eius vitae addatur, caerimoniae ipsi negandae erunt donec sinceram paenitentiam fecerit.

Conexa demum quaestio de *Eucharistia* recipienda ab adulto cuius baptismus propter periculum mortis fuerit acceleratus, ex principio c. 854 solvenda erit. Id est, in ipso periculo, satis est ut aegrotus panem eucharisticum a communi pane discernat et eum reverenter suscipiat. Sanitati restitutus, debebit prius satis cognoscere veritates necessitate medii credendas. Ratio autem perficiendi instructionem religiosam non est sufficiens ut diutius usus s. Eucharistiae ei differatur, dummodo eam reverenter seu devote suscipiat. Aliis tunc mediis maiori ipsius eruditioni consulendum erit.

XIII. De matrimonio consummato contra ius matrimo veri, sed non consummati

Titius et Caia, ambo infideles, nuptiis more indigenar coniunguntur ea aetate ubi matrimonium a viro nondum co summari poterat. Deinceps Caia marito suo erepta est tradita Sempronio quocum baptizatur et coram missiona novas nuptias init, nulla facta interpellatione, nulla da dispensatione, ac proin sine ullo usu privilegii Paulini. ista unione filii procreati sunt, quando, propter inconstanti viri, Caia relicta sola denuo reperit suum Titium, que invenit paratum ipsam more christianorum ducere et fi christianum. Missionarius quaerit utrum Titium ad bapt mum et ad renovandum consensum matrimonialem c Caia admittere possit.

Resp. Satis perspicitur ex valore vel nullitate matrimo Caiae cum Sempronio rationem agendi missionarii e definiendam. Cum autem nullitas non sit manifesta, et aga de duobus baptizatis, processus canonicus ad normam iu faciendus est vel recurrendum ad S. Sedem, si ipsa forta casum modo planiore solvere velit.

Per se, de isto casu, ita dicendum arbitramur. In prim valor primi coniugii Titii et Caiae investigandus est. Defect aetatis non est ex lege naturae attendendus, dummod sufficiens fuerit rei cognitio, quam habere adolescent barbari merito censentur. Aliunde tamen nutare potest m trimonium, quia, v. g. ita contractum est ut nullum ius virum uxori competeret ; vel ut nullum vinculum de se per petuum efficeret.

Facta itaque exploratione, si primum matrimonium iud candum est morali certitudine verum, quamvis non fuer consummatum, nihilo minus alteri sequenti omnino prae ferendum est. Alterum enim matrimonium essentiali viti laborat, et non fuit nisi concubinatus adulterinus. Contra si moraliter constat primum matrimonium non fuisse validum tunc Caia indissolubili vinculo cum Sempronio coniungitur

Demum, si primum matrimonium fuerit positive dubium alterum illicite quidem contractum est ; obiective tamen eri dubii valoris. Post factum matrimonium, nihil aliud superes nisi ut praesumptione utamur ad praeferendum alterutrum matrimonium. Iam vero, sive aetatem contrahentium con sideres, sive circumstantiam instructionis religiosae quae utriusque baptismum praecessit, sive vitam communem quam ut christiani, conscio missionario diu egerunt, prae sumptionem secundo matrimonio prodesse non videtu ambigendum. Si vero res ita se habent, Caia ad Titium

redire non potest, sed cum Sempronio vitam coniugalem, aut sola vitam caelibis agere debet (Cf. BALLERINI-PALMIERI, *Opus theol.* Tom. VI, De matr. n. 691, ed. 2).

XIV. **Usus privilegii Paulini ab eo qui ipse non vult cum coniuge cohabitare**

Titius paganus, postquam Caiam paganam duxerat, ab eadem discessit ut ad alia vota transiret. Caia etiam novas nuptias fecit. Titius et Caia volunt ambo fieri christiani ; neuter autem ita est animo dispositus ut vitam communem inter se instaurent ; quod ceterum moraliter impossibile est, propter aliud coniugium in quo ambo pacifice vivunt. Missionarius nodum hoc modo solvere proponit. Ad baptismum admittet alterutrum ; quod existimat licere, cum de obligatione redeundi ad primum coniugem, neuter, in istis regionibus cogitet, et in hac sua bona fide manere sine scandalo possit. Recepto baptismo, faciet pro baptizato interpellationem de pacifica cohabitatione, quae certissime negabitur. Utendo tunc privilegio Paulino, baptizatus christianum faciet coniugium quo altera pars etiam liberabitur, ita ut haec quoque baptizari possit et, prout optat, in secundo suo matrimonio, saltem renovato consensu, manere.

Resp. Elegans est ista missionarii solutio ; admitti tamen aequit. Sincera enim interpellatio fieri non potest a coniuge qui ipse nollet cum parte interpellata cohabitare. Immo, ut S. C. *S. Officii* respondit 21 nov. 1883 et 30 april. 1908 [1], coniux qui nolit redire ad coniugem a quo pacifice recipietur, ne baptismo quidem dignus est.

In praesenti tamen casu, si re vera Titius vel Caia de ista ea obligatione non cogitant, baptismum sine peccato recipere possunt. Interpellatio autem neutri proponi potest quin incipiat in mala fide versari. Quare aliud remedium quaerendum est, et praesto est si habeatur facultas dispensandi ab interpellatione. Tunc enim, per usum istius facultatis poterit neuter coniux dispensari et admitti ad coniugium quo altera quoque pars liberabitur. Perfectior tamen seu magis probanda via, si aperta sit, haec fuerit, ut alteruter disponatur ad acceptandam cohabitationem, et tunc, perfecte conversus baptizetur, interpellet, et, obtento responso negativo, nuptias catholicas contrahat et alteram partem liberet.

Quid autem si missionarius, errore deceptus, viam modo improbatam secutus sit? Cum re vera constet de discessu

---

[1] Cf. *Periodica*, IV, pp. 183. 184.

alterius partis adhuc infidelis, idque per interpellatio utique a male disposito factam, non est scrupulus habe de catholici matrimonii valore quod, post receptum re sum negativum, pars baptizata fecerit.

DUBIA PROPRIA RELIGIOSORUM

XV. De Persona morali

Canon 100, § 2 declarat : « Persona moralis colleg constitui non potest, nisi ex tribus saltem personis p cis ». Rursus autem, in titulis de religiosis, Codex n numerum minimum exigit erectioni domus religiosae formatae. Hanc tamen personae moralis rationem h colligitur ex c. 536, § 1, ubi agitur de domo quae qua per moralis debita et obligationes contraxerit ; et ex c. 531, capacitatem acquirendi bona etiam domibus singulis p agnoscit.

Saepe quidem nulla habebitur difficultas, cum, ex regimine interno religionis, duo religiosi plerumque censeantur efficere veram communitatem, sed pertine maiorem communitatem, cuius Superior est amborum rior immediatus. Evenit tamen ut in ipsis Constitution domus possint duabus tantum personis componi. Quid iuris sit nobis dicendum est.

In primis separamus casum communitatis quae regula plura membra habet, sed transeunter vel per accidens iam tres numerat. Etenim, ex c. 100 pro sola constitut personae moralis collegialis tres personae physicae necessariae ; sed, ut c. 102, § 2 expresse dicitur, « S unum ex personae moralis collegialis membris supersit omnium in illud recidit ».

Quid autem si domus pertinens ad institutum religio per se a duobus tantum religiosis incolatur ?

Tunc, ut c. 100, § 2 applicetur, duo isti nequeunt pe nam moralem collegialem efficere distinctam a maiore c munitate qualis erit provincia ad quam ambo pertinent secundum mentem Codicis, huiusmodi domus debet de dere a maiore, fere sicut granciae vel villae, in quibus vel alter religiosus habitat. Itaque verus Superior localis habebitur, sed alter duorum religiosorum repraesentabit, delegatus seu vices gerens, Superiorem maiorem vel Su riorem maioris communitatis. Atque in c. 536, § 2 do quae debita contraxerit erit, nisi expressa fuerit maior l tatio, ipsa domus maior cui minor est subordinata vel nulla sit indicata, erit ipsa communitas provincialis deficiente divisione, religio universa.

Attamen domus ipsa canonice erecta v. g. cum beneplato apostolico habere videtur, non considerata communite, rationem personae moralis non collegialis, fere sicut eminarium et mensa parochialis [1]. Haec tunc censetur sse subiectum distinctum proprietatis et debitorum, sed dministratur a Superiore vel maiore vel communitatis maios; et si exstinguatur suppressione legitima, eius bona ertinebunt ad communitatem maiorem vel ad provinciam, el ad religionem universam, pro variis casibus, secundum ormam c. 1501.

Ceterum, argumentum de morali personalitate religionum on ita planum est ut non sit subiciendum accuratiori exaini, quod nunc differendum arbitramur.

XVI. De coniunctione muneris Superioris et oeconomi

Canon 516, § 3 ita sonat : « Oeconomi generalis et procialis munus gerere Superior ipse non potest ; munus ro oeconomi localis, quamvis melius a munere Superioris stinguatur, componi tamen cum eo potest, si necessitas id igat ».

Liquet canone isto prohiberi quominus Superior generalis simul oeconomus generalis, et Superior provincialis, nul oeconomus provincialis. Satis etiam videtur excludi nultanea in Superiore maiore (Generali vel Provinciali) rsona oeconomi generalis vel provincialis. Constat quoque mitti posse ut idem sit Superior localis et oeconomus alis. Potestne autem oeconomus generalis vel provincialis se simul Superior localis ? Potestne Superior generalis vel ovincialis esse simul oeconomus localis ?

Prohibitio est minus manifesta, cum, in prima sententia ragraphi 3, Superior intellegi possit generalis et provincia, in altera autem Superior localis. Significatio tamen obvia quam R. P. Biederlack, *De religiosis,* p. 95, his verbis dit : « Superiores vero provinciales et generales munus conomi exercere prohibentur ». R. P. Prümmer, *Manuale is ecclesiasisti*, Q. 187, n. 9, et R. P. Augustine, *A Comntary on the new Code*, in h. c., ambiguitatem canonis in ut expositione servant.

Attendenda videtur proprietas verborum. Superior, sine dito, est Superior tam generalis quam provincialis et alis. Ergo nullus Superior potest simul esse oeconomus neralis vel provincialis. Sed, eadem usi interpretatione, emus non stricte prohiberi quominus munus Superioris ioris cum munere oeconomi localis coniungatur. Ut enim

[1] Cf. can. 1423, § 2 et Wernz, *Ius Decret.* III, n. 196.

consequenter dicamus, in altera parte § 3 c. 516 munus Superioris quod dicitur componi posse cum officio oeconom localis de cuiuslibet Superioris munere sumendum est. Ac ratio discriminis afferri potest, quod munus oeconomi localis potest esse minoris momenti et sollicitudinis, dum contra munus oeconomi provincialis et generalis gerendum est magis caute et a persona quae simul non habeat imperandas expensas.

XVII. De commoratione extra propriam religionis domum

Canon 606, § 2, pro absentia ultra sex menses a propria religionis domo, nisi causa studiorum intercedat, semper requirit veniam S. Sedis.

Si canon iste verbotenus sumatur, novam introducit disciplinam eamque valde severam, quae cum ipsis operibus plurium religionum aegre componi potest. Licet canonici Praemonstratensibus parochiis etiam saecularibus praefici; consueta ministeria apostolica facile exigent absentiam ultra sex menses. Eritne igitur totiens quotiens adeunda S. Sedes ut religiosi secundum vocationem suam sacra ministeria exerceant ?

Huiusmodi innovatio non est admittenda sine vere cogente ratione, qualis foret si canon dixisset ipsa ministeria sacra ita, extra domum, non posse continuari quin per aliquot dies commorationis in domo religionis propriae interrumpantur. Hoc posset quidem rationabiliter imperari. Sed nihil huiusmodi in Codice legitur.

Praeterea si fontes adeamus, in nota c. 606, § 2 indicatos, caput Quanto, 7, De officio iudicis ordinarii (I, 31) zelum excitat Ordinariorum ut suppleant neglegentiam Praelatorum qui ad claustra non revocent monachos et regulares qui « claustra abhorrentes, per curias principum et potentum discurrere non verentur ». — Const. *Nullus omnino* Clementis VIII, § 19 mere vetat licentias generales exeundi. — S. C. *Concilii* in decreto 21 sept. 1624, nn. 5 et 12, de solis agit fugitivis. (Documenta ista habentur in nostro *De religiosis*, etc. II, p. 134, n. **42** et p. 142, n. **44**.)

His addi potuit Trid. s. XXV *De regularibus et monialibus*, c. 4 e quo maxime canon noster videtur desumptus. Haec autem habet : « Prohibet s. synodus ne quis regularis, sine sui superioris licentia, praedicationis vel lectionis aut cuiusvis pii operis praetextu subiciat se obsequio alicuius praelati, principis vel universitatis vel communitatis, aut alterius cuiuscumque personae seu loci, neque ei aliquando privilegium aut facultas ab aliis super iis obtenta suffragetur. Quod si contra fecerit, tamquam inoboediens arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat regularibus a suis

nventibus recedere, etiam praetextu ad Superiores suos accedendi, si ab iisdem missi aut vocati fuerint. Qui vero sine praedicto mandato scriptis obtento repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tamquam sertor sui instituti puniatur. Illi autem qui studiorum causa ad univer-ates mittuntur, in conventibus tantum habitent ; alioquin ab Ordinariis ntra eos procedatur. »

Nusquam ergo sermo fit de normali actione religiosorum xtra conventum.

Scriptores canonem 606 mere recitare solent. Solum repe-mus P. Biederlack qui, in laudato opere *De Religiosis*, . 242, haec pauca subiungit : « Nihilominus tamen accidere otest ut religiosi etiam per longum tempus extra propriam omum vivere cogantur, si e. g. ut parochi vel beneficiati ibi residere debeant. » Videtur igitur excipere casum ecessitatis.

Nos autem existimamus vim prohibitionis factae restrin-endam esse ad permansionem extra propriam domum ropter causam vocationi extraneam, ut si valetudinis causa alnea diu sint sumenda, vel si ad morbum curandum reli-iosus in hospitio degere debeat. Atque interpretatio nostra onfirmatur ipso stylo S. Congregationis *De Religiosis*, uae solet, in danda cuipiam licentia, regimen applicare orum qui sunt exclaustrati, vetando, v. g. ne habitum pro-rium suae religionis deferant. Quod sane non est praescri-endum iis qui consueta munera suae religionis explent.

Quomodo autem ipse textus canonis exponi potest? Etenim, uantum fieri potest, verba legis cum mente legislatoris oncordanda sunt.

Duplex nobis videtur praesto esse explicatio. Verba « extra ropriae religionis domum » intellegi possunt « extra domum bi ratione vocationis suae religiosus degere vel commorari ebet aut potest ». Ac sane, qui secundum rationem sui nstituti, tamquam spiritualis director vel Superior praefici-ir cuipiam seminario, nonne ibi degit sicut in domo pro-riae religionis ? Nobis suppetit etiam haec altera explicatio, uod in ipsa religionis approbatione tacita continetur facultas . Sedis commorandi extra claustra quantum id postulatur a inisteriis pro quibus religio est approbata.

XVIII. **De noviciatus integritate**

Titius noviciatum ingressus die 20 septembris, die 15 sep-embris proxime sequentis anni missus est a Superioribus uis in aliam domum, ibique, revoluto anno probationis, emporalem professionem fecit. Censebat Superior nihil alori istius professionis obstare. Quamvis enim noviciatus

invalide peragatur extra approbatam domum, novitium praefatum non abfuisse nisi per quinque dies, canone autem 556, § 2, novitium abesse posse per quindecim dies sine ulla necessaria compensatione dierum. Valetne ista ratiocinatio et consequenter valetne ipsa professio ?

Resp. I. Responsioni praemittendum est, dies per quos novicius degat in alia domo etiam eiusdem religionis, aequiperari, quod ad iuridicam noviciatus rationem, diebus quos apud parentes suos vel alibi extra omnem domum religiosam transigat. In canone enim 555, § 1, domus extra quam non potest permanere ultra triginta dies quin noviciatum interrumpat, vel ultra quindecim dies quin dies hoc modo transacti suppleantur, domus inquam ista est domus de qua agitur in canone superiore, i. e. domus noviciatus.

II. Hoc posito, valor factae professionis ab hac altera quaestione pendet, utrum necne ad ipsum temporariae professionis valorem requiratur ut fiat in ipsa noviciatus domo. Ibi *debet* fieri, ex c. 574, § 1, et professio facta ad normam c. 574 est condicio valoris pro sequente professione perpetua (c. 573, § 2). Ideo non pauci tenent professionem temporariam nullam esse nisi fiat in ipsa noviciatus domo. Rursus tamen haec loci circumstantia non enumeratur inter condiciones quae, ex c. 572, § 2, ad validitatem omnis professionis religiosae requiruntur, et in nulla alia paragrapho specialis condicio additur pro professione temporaria.

Dicemus igitur professionem istam esse incerti valoris. Sed cum hic agatur de re quae duas partes tangit, et foro etiam externo obnoxia est, non licet simpliciter pro valido habere actum probabiliter invalidum ; sed, ex ipso c. 586, vel denuo legitime emittenda est professio, vel ad S. Sedem est recurrendum.

III. In praesenti casu, quid erit faciendum ut professio facta legitime renovetur ?

Si error commissus intra quindecim dies ab egressu e domo noviciatus animadvertatur. satis erit novicium ad domum istam remittere ut ibi, sine mora, professionem repetat. Annus enim canonicus completus est, nec abfuit novicius ultra quindecim dies.

Si, cum domum noviciatus repetierit, ultra quindecim dies, non tamen ultra triginta ab eius profectione elapsi sint, quinque dies supplendi erunt.

Etsi enim c. 556, § 2 postulet ut suppleantur dies quos extra septa manserit, si plures quam quindecim fuerint, benigne tamen id intellegi potest de diebus qui pars sint anni canonici. Huic novicio autem soli dies quinque deerant ut annum compleret.

Tandem, si intra triginta dies error reparari non potuerit, ɔviciatus est interruptus, et vel ex integro repetendus est, el S. Sedes adeunda est pro dispensatione, ut professio mnino certa evadat.

IX. De nova militari lege Belgii et decreto *Inter reliquas*

Hactenus, recepta congrua eruditione et superato quodam scientia periculo, clerici et religiosi Belgii vitare poterant emper sibi duram et patriae inutilem necessitatem degendi er aliquod tempus in praesidiis. Recens autem lex militaris anc optionem ipsis sustulit. In posterum debebunt moraliter er unum annum se conferre in praesidia ut ibi exerceantur i opitulandum, saeviente bello, vulneratis militibus. Res- ectus tamen habitus est peculiaris eorum status. Quare paratam partem praesidii occupabunt, in qua exercitiis iis spiritualibus incumbere poterunt; admittetur apud ipsos rector spiritualis ; nihil prohibebit quin singulis dominicis mum religiosam repetant atque, in fine anni, consueta tercitia spiritualia obeant.

His positis, quaeritur utrum necne iam religiosis Belgii plicandum sit decretum *Inter reliquas,* 1 ian. 1911 (*Per.* V, p. 282-284) et responsa S. C. *de Religiosis,* 15 iul. 1919 (*Per.* X, p. 70) quibus nequeunt vota temporaria facere nisi que ad servitium militare, ita ut, durante isto servitio, maneant sine votis.

Quaestionem examini S. Congregationis esse subiectam ovimus ; ac nescimus utrum per simplicem declarationem ti per peculiarem provisionem futurum sit ut solvatur.

Reservata igitur sententia S. Congregationis, quae variis onsiderationibus imperari potest, ut nunc solas partes nterpretis pro viribus nostris agamus, existimamus decreta ta nec secundum mentem Legislatoris nec secundum verba gis esse religiosis Belgii applicanda.

Decretum enim *Inter reliquas* loquitur de servitio militari iod « ad unum vel plures annos praestare debent » ; dum c ne per annum quidem integrum est praestandum ; sup- onit servitium militare *ordinarium*, dum in lege Belgii gitur de officiis caritatis quae cum statu religioso non gnant ; secundum declarationem 15 iul. 1919, servitium ilitare postulatur « nullo habito respectu ad eorum statum », im hic ad peculiares necessitates eorum status attenditur, ut auctoritas ecclesiastica legem tacite admisisse videatur.

Ratio autem decreti *Inter reliquas* profecto consistit in riculis promiscui commercii cum iuvenibus laicis et saepe rum piis, dum hic clerici et religiosi manent separati.

Et cum aliunde gravissima dispositio decreti *Inter reliquas*, quae religiosos privat suis votis, non careat seriis incommodis et sit religionibus directe et valde onerosa, decretum istud non ample, sed stricte est interpretandum.

Quocirca ut pro veritate dicamus quod sentimus, praefata lex Belgii nullo pacto obnoxios decreto *Inter reliquas* facit religiosos Belgii ; sed ad Superiores spectat ut cautiones lege permissas prudenter urgeant.

Neque dubitandum est fore ut episcopi invigilent ut iura lege concessa sancte serventur et Superiores religiosi omnibus mediis quibus vitam religiosam subditorum fovere possunt cum magno zelo utantur.

Confirmamur practica rerum ordinatione in ipsis castris Beverloo. Ut enim modo vulgatum est, servandus diurnus ordo sinit ut clerici et religiosi mane per duas horas, vespere autem per tres horas suis pietatis exercitiis et sacris studiis vacent ; nec, communitati petenti negatur peculiaris domus ad pernoctandum.

Nihilominus, in casu particulari S. C. *de Religiosis* hoc dedit responsum : « Cum moderator Provinciae belgicae..... petierit an alumni suae Provinciae qui iuxta recentes leges a Gubernio Belgico latas, circa servitium militare a religiosis peragendum, teneantur decr. *Inter reliquas* in iis quae votorum emissionem respiciunt, S. Congregatio negotiis Religiosorum sodalium praeposita, omnibus mature perpensis respondendum censuit prout sequitur :

Religiosos de quibus agitur teneri decreto *Inter reliquas*.

Datum Romae ex Secretaria S. Congr. de Religiosis.

Die 18 ian. 1922.

Theod. Card. Valfrè di Bonzo, *Praefectus*.
Maurus Serāfini, O. S. B., Secretarius.

MONUMENTA

1. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

EPISTOLA 27 IAN. 1919

A. R. F. Himerium a Iesu, Fratrum a scholis christianis Praep. gen., altero saeculo exeunte ab obitu S. Ioannis Bapt. de La Salle, eorum patris legiferi.

(A. A. S. 1 mart. 1919, 11, 70).

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Exeunte altero iam saeculo a beatissimo obitu Patris vestri legiferi, non possumus quin anti viri memoriam, ob eius in Ecclesiam insignia promerita, vobiscum elebremus : eo magis quod ad medendum gravi cuidam suorum tempo- um incommodo eiusmodi rationem secutus est cuius hodie quoque nira est opportunitas. Cum enim animadvertisset populum, maximeque lassem tenuiorum, in summa ignoratione versari earum rerum quae ad eligionem pertinent, sibi proposuit puerorum de infima plebe institutio- iem suscipere, quos dum litterarum initiis erudiret, simul christianae itae praeceptis imbueret. Et praeclarissimi ab eo percepti fructus in hoc nunere, praesertim ex quo socios adiutoresque sibi huius operae et aboris ascivit, non dubio sunt argumento istam sodalitatem in Ecclesiae anctae bonum ab eo esse, Dei providentis consilio, conditam. Nunc ero in educatione pueritiae incredibile est quam late christianus spiritus esideretur, nimis multis summa contentione nitentibus ut scholas ab cclesiae matris tutela subtrahant, in easque laicam, quae dicitur, disci- linam inducant, ubi nihil sit quod sapiat religionem. Ita quae virtutum omus debet esse, in specum vertitur vitiorum. Nam *timore Domini* ublato, quod *initium sapientiae* est, quid iam improvidam aetatem ohibeat quominus omnia sequatur flagrantium vota cupiditatum ? Nemo itur non videt quam bene communi saluti prospiciant qui nostros pue- os, spem futuri temporis, christianis institutis et moribus, quemadmo- um vos facitis, informent. Quare ingentes vobiscum grates Deo agimus, uius benignitas vestram sollertiam ad tam laetabilia incrementa prove- it ; optamusque ut ex hac Patris vestri legiferi commemoratione vel lacrioribus sumptis animis, salutarem Ecclesiae ac civitati operam avare perseveretis. Ob eam rem, caelestis auxilii vobis conciliandi causa, bentes damus ut, fausto die VII aprilis proximi, quisquis sacerdos apud os rem divinam fecerit et quotquot ex instituto vestro sodales alumnique acro adfuerint, omnes plenariam indulgentiam, usitatis condicionibus,

lucrentur. Atque auspicem divinorum munerum paternaeque Nostrae benevolentiae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, tuaeque sodalitati universae amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXVII mensis ianuarii MCMXIX, Pontificatus Nostri anno quinto.

BENEDICTUS Pp. XV.

---

2. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

MOTU PROPRIO 11 MART. 1919

De missionibus catholicis terrae sanctae iuvandis

(A. A. S. 12 mart. 1919, 11, 108)

BENEDICTUS Pp. XV

Dum catholicae missiones egestate premuntur, acatholici ad suas partes trahere fideles conantur.

Nuper ex Venerabilis Fratris Patriarchae Hierosolymitani litteris cognovimus Palaestinenses missiones ex direptione quam passae sunt, adeo debilitatas iacere, ut iam nequeant quaesitos diutinis laboribus retinere fructus, nedum proficere posse videantur. Ad haec aliud accedere idemque praecipuum incommodum deploramus: advenas acatholicos ea misera conditione rerum abuti ad suas inibi doctrinas disseminandas; idque, utpote opibus copiisque affluentes, efficere vel incolarum egestati subveniendo, vel, et maxime, scholas instituendo in iis quoque locis ubi nostri sua damna sarcire non possint.

Omnibus ergo catholicis enitendum ut miseris Terrae Sanctae fidelibus opem praestent.

Intelligitis, Venerabiles Fratres, quid in hac re ab hominibus catholicis animarum salus, quid ipsa Terrae Sanctae ratio postulet. Ut enim in Allocutione, quam hesterna die in Consistorio habuimus, dicebamus, omnino non ferendum est ibi tot animas, a catholica fide deficiendo, ruere in interitum, ubi Iesus Christus Dominus Noster vitam aeternam eas profuso sanguine acquisivit. Omnes igitur boni, quacumque ope possunt, his missionibus auxilientur oportet ut elidendis acatholicorum conatibus evadant pares. Nos certam summam huic rei destinavimus, amplius libenter daturi, nisi Apostolicae Sedis angustiis prohiberemur. Quod autem ad vos attinet, hortatione Nostra profecto non indigetis, ut earumdem missionum causam agere apud vestros populos omni studio nitamini. Vobis vero instantibus plurimos confidimus esse responsuros, salva tamen stipe quae, secundum Decessoris Nostri fel. rec. Leonis XIII litteras *Salvatoris ac Domini*, pro Locis Sanctis est corroganda et ad Custodem Terrae Sanctae transmittenda.

Auspicem caelestium munerum benevolentiaeque Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Dies (11 mart. 1919).

Datum Romae apud sanctum Petrum, die XI martii MCMXIX, Pontificatus Nostri quinto.

BENEDICTUS Pp. XV.

---

3. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

EPISTOLA 2 APR. 1919

Ad R. P. D. Ios. M. Roberti, correctorem gen. Fratrum Minimorum, quarto exeunte saeculo a canonizatione S. Francisci de Paulo.

(A. A. S. 1 maii 1919, 11, 169).

Finito bello, statim enixe allaborandum sanctitudini fidelium promovendae,

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quandoquidem, divino beneficio ac munere, finem tandem cepit belli huius atrocitas quae omnis generis ruinas ruinis ubique cumulavit, in primis dari operam sanctitudini christianorum morum revocandae, cui tam magna sunt allata detrimenta, omnino apparet oportere. Huc spectat non modo in divinae legis meditatione versari, sed etiam in illos diligenter intueri, qui praestantissima exstiterunt christianae perfectionis exempla. Itaque auspicato proxima occasio vobis adest sanctissimi Conditoris vestri studiosius gitam recolendi, quarto iam pleno saeculo, cum ei caelestes honores ate decreti sunt. Nobis autem pergratum accidit eius praestantissimi viri renovari memoriam, quem iam pridem peculiari quadam veneratione prosequimur. — Etenim in Francisco de Paula cum omnium christianarum virtutum decora, tum illa tria maxime elucent : humilitatis spiritus, paenitentiae austeritas et ardor caritatis. Nam qui de se tam demisse sentiebat, ut honore sacerdotii se indignum putaret, non aliunde suam ex ipsa humilitate sumpsit suorum nomen alumnorum, quos *minimos* appellavit. Cumque esset innocentissimus, incredibile est quanta quamque multiplici asperitate corpus affligeret, solitus esurialem quadragesimalis victus tenuitatem in totum annum producere. Qua vero caritate flagrasse dicendus est, qui eam instituto suo tamquam insignem notam impressam reliquit ? Harum quidem virtutum hodie, si unquam antea, usus est pernecessarius, cum tam multos a divinae fidei obsequio abalienat superbiae contumacia ; cum effrenata cupido fluxis bonis fruendi dominatur latissime ; cum humanum genus emergit ex hoc bello ea gerens odii invidiaeque vulnera, quibus sola Iesu Christi caritas mederi posse videatur. Nos igitur, probe considerantes quid ab optimo quoque requirant haec tempora, vel alacriores Legiferi Patris vestigia, Deo adjuvante, persequimini. Ita non exigua vestri Ordinis erga Ecclesiam civilemque societatem accrescent promerita ; qui quidem Ordo usque adhuc hominibus floruit sanctitate doctrinaque praestantibus, iisque non suae gloriae studiosis, sed communis utilitatis. Ita etiam vosmet ipsos magis magisque probabitis huic Apostolicae Sedi, quae vestram observantiam ac fidem paterna voluntate rependere consuevit.

cui inservient exempla praeclarissima S. Franc. a Paulo.

Privilegia spiritualia concedantur.

Nos vero istam faustae rei commemorationem valde vobis profuturam speramus ; atque ad eius solemnitatem augendam haec de sacro Ecclesiae thesauro damus perlibenter :

1. Ut quovis die proximi mensis maii, excepto die Ascensionis Domini, in omnibus Ordinis sacris aedibus saecularia solemnia agi liceat, facta potestate cuilibet sacerdoti utriusque Cleri *Missam de sancto*, propriam Minimorum, celebrandi, tum in triduana supplicatione, tum ipso fausto die.

II. Quo die festum agetur, antistes loci, vel per se vel per alium ab ipso deputandum *Papalem benedictionem* impertiat.

III Quicumque ecclesias Minimorum. ubi saeculare festum celebrabitur. eo ipso die inviserint, *Indulgentiam* Plenariam *toties quoties* ad modum Portiunculae lucrari possint.

IV. Triduo ante festum vel post usque in diem octavum sacerdotes, quotquot sunt e Minimis, possint, extra Urbem, *coronas* precatorias, Crucifixi *effigies* et sacra *numismata Indulgentiis* Apostolicis benedicendo *ditare*.

Denique Officio et festo S. Francisci de Paula celebrando secundam diem Dominicam post Pascha, ut antea, pro toto Mininimorum Ordine in perpetuum assignatam volumus. — Atque auspicem divinorum munerum et paternae Nostrae benevolentiae testem, tibi, dilecte fili, et omnibus, quibus praepositus es, apostolicam benedictionem peramanter impertimus

Dies (2 apr. 1919). Datum Romae apud sanctum Petrum, die II mensis aprilis, in festo S. Francisci de Paulo, MCMXIX, Pontificatus Nostri anno quinto.

BENEDICTUS Pp. XV.

---

4. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

EPISTOLA ENCYCLICA 14 MAII 1919

Ad V. E. Felicem S. R. E. Card. Hartmann, Archiepiscopum Coloniensem, ceterosque archiepiscopos et episcopos Germaniae, de sancto Bonifatio, Germaniae apostolo, ac de eius perfecta constantique cum apostolica sede coniunctione, duodecimo exeunte saeculo ab inchoata gloriosi eiusdem martyris apud Germaniae populos apostolica legatione.

(A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 209)

BENEDICTUS Pp. XV

DILECTE FILI NOSTER ET VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

S. Pontificem, praeter alia, maxime movent turbulentissimi rerum publicarum motus,

In hac tanta aerumnarum atque angustiarum mole, quae ultra modum acerbissimis hisce temporibus Nos undique premunt, — « praeter illa quae extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum », ut apostolicis verbis utamur [1], maiore nuper sollicitudine gravioribusque curis prosecuti sumus, dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, repentinos illos casus ac turbulentissimos rerum publicarum motus, qui apud vestros finitimosque populos acciderunt, quique adhuc suspensos tenent animos expectatione futuri.

---

[1] II. *Cor.*, XI, 28.

Verum inter haec ipsa tenebricosa tempora et communium rerum perurbationes, e regionibus iisdem vestris, lucis veluti radius quidam ffulget, spei bonae laetitiaeque nuncius, iucunda scilicet recordatio primum partae duodecim abhinc saeculis Germaniae populis christianae alutis, misso ad eosdem Bonifacio, Romani Pontificis auctoritate Evanelii praecone, ac Sedis Apostolicae legato : de qua quidem re, mutui olatii ac paternae gratulationis causa, in praesenti vobiscum colloqui uvat.

recreat autem spes quam excitat recordatio gestorum S. Bonifacii.

Hanc enim spem laetitiamque Nostram dum plane ex animo communiamus vobiscum testem amoris in vos Nostri in vestramque gentem niversam paternae benevolentiae, simul antiquam illam germanici opuli cum hac Apostolica Sede coniunctionem partim iucundissime ommemoramus, partim vehementissime desideramus ; quae prima apud os fidei initia posuit ac laetissima incrementa dedit, post commissam anto viro a Sede Apostolica romanam legationem, singulari deinde erum gestarum gloria nobilitatam atque ipso demum sanguine martyris onfirmatam.

Commemorat et vehementissime desiderat antiquam Germanici populi cum Sede Ap. coniunctionem.

Expleto autem ab iisdem beatissimis catholicae religionis initiis duodeimo saeculo, cernimus iure apparari apud vos, quantum fert temporis onditio, saecularia solemnia, quae novum illud christianae humanitatis evum, Bonifacii legatione ac praedicatione inchoatum eiusdemque alumorum ac successorum ope propagatum, unde Germaniae salus ac prosperitas omnis exordium duxit, grata memoria revocent ac dignis laudibus elebrent.

Iure parantur solemnia saecularia operis S. Bonifacii, quod Germaniae saluti fuit ac prosperitati.

Neque enim praeteritarum tantum rerum laetam recordationem ac iustam celebrationem scimus vos spectare, dilecte Fili Noster et venerailes Fratres, sed praesentium veluti quandam perfectionem atque etiam ffuturae unitatis ac pacis religiosae optatissimam instaurationem. Nam aec bona sunt maxima, ab una christiana fide et charitate profecta, quae hristus Deus ac Dominus Noster e coelo delata, Ecclesiae suae ac suo terris Vicario, Romano Pontifici, retinenda, propaganda ac vindicanda ommisit. Hinc illa necessaria cum hac Apostolica Sede coniunctio, cuius onifacius vester perfectissimus praeco extitit atque exemplar : hinc em potior quaedam et mutua amoris officiorumque consensio Romanam edem inter ac vestram gentem, ab eodem Bonifacio tum primum Christo Christi in terris Vicario mirifice devinctam.

Memoriae praeteritorum, nova in Germania unitas et cum Sede Ap. Unio est paranda.

Quam quidem unitatem et consensionem summam commemorantes, andem votis omnibus cupimus revocari apud omnes, ut sit « omnia et in mnibus Christus ». [1]

Vix enim recoli sine iucundissimo quodam animi sensu ea nunc posunt, tanto saeculorum intervallo, quae candida narratione scriptores etatis illius antiquissimi, in primisque Bonifacii fere aequalis Willibaldus iscopus, cum de ceteris sanctissimi viri virtutibus ac rebus gestis, tum ero potissimum de eiusdem legationis Romanae apud Germaniae populos itiis atque incrementis felicissimis tradiderunt.

Lubet recordari eorum quae primi vitae S. Bonifacii scriptores de eo narrant.

Diuturno siquidem vitae religiosae tirocinio instructus, quod puer nocentissimus inierat in patria, atque aliquod etiam periculum apostoli-

Ut missionem ab ipsa sede romana acciperet,

[1] *Coloss.*, III, 11.

cae vitae inter barbaras gentes veluti exploratoris in modum expertus, id Bonifacius intellexit et certum apud se statuit nullum posse colligi magnum stabilemque fructum, nisi consensio et approbatio, atque adeo propria missio seu mandatum Apostolicae Sedis accederet.

S. Bonifacius, omnibus relictis,

Romam venit,

Quapropter et honorificentissima abbatis dignitate depulsa, et sodalium religiosorum adversis conatibus lacrimisque superatis, valedicens fratribus, et profectus per longa terrarum spatia perque ignotas maris vias, limina B. Petri apostoli prospere aggressus est, ibique venerabilem Sedis Apostolicae Papam beatae memoriae Gregorium secundum affatus, « omnem sibi per ordinem itineris sui atque adventus occasionem manifestavit, et quali anxius desiderio diutius desudasset aperuit ». Tum vero hominem sanctum « sanctus Papa hilari vultu arridentibusque oculis » excepit, nec modo semel est allocutus, sed « sedulum deinceps cum eo « habebat cotidianae disputationis colloquium », [1] ac tandem amplissimis verbis et scriptis etiam litteris, eidem in cunctis Germaniae populis curam Evangelii praedicandi commisit.

ubi a sancto Papa benigne acceptus est,

qui ei munus evangelizandae Germaniae commisit.

His vero litteris [2] Pontifex multo luculentius etiam quam scriptores illius aetatis qui mandatum « Apostolicae Sedis », sive « apostolici Pontificis » commemorant, quo spectaret idem et quam late pateret, explicat atque commendat.

Litteris munitur quibus eius laudes praeponuntur et facultates amplissimae continentur.

Nam tanta eum alloquitur gravitate verborum et pondere auctoritatis ut vix maiore quis possit : « exigit — inquit — manifestata nobis religiosi « propositi tui pie in Christo flagrantis intentio et approbata sincerissi« mae fidei tuae perlata relatio ut ad dispensationem verbi divini, cuius « per gratiam Dei curam gerimus, te comministro utamur ». Demum dilaudata doctrina, indole, proposito, atque suprema Sedis Apostolicae auctoritate interposita, quam Bonifacius ipse invocaverat, hoc sollemni veluti praecepto concludit : « Ideo in nomine indivisibilis Trinitatis, per « inconcussam auctoritatem beati Petri apostolorum principis, cuius « doctrinae magisteriis dispensatione fungimur et locum sacrae Sedis « administramus, modestiam tuae religionis instituimus atque praecipi« mus, ut in verbo gratiae Dei ... ad gentes quascumque infidelitatis « errore detentas properare Deo comitante potueris, ministerium regni « Dei per insinuationem nominis Christi Domini Dei nostri veritatis « suasione designes » ; admonens tandem. ut et disciplinam sacramenti initiandorum « ex formula officiorum sanctae Apostolicae Sedis » teneat et quod actioni susceptae sibi deesse perspexerit, Pontifici Romano significet.

Iam ex iisdem amplissimis litteris quis non intelligat quantam pie foverit sanctus Pontifex in Bonifacium ipsum voluntatem atque amoris venerationem, quantam in omnes Germaniae populos sollicitudinem curamque paternam, quibus tam sanctum, tamque sibi dilectum Evangelii praeconem destinaverit ?

R. Pontificis sollicitudo pro Bonifacio haud intermissa,

Atque huius quidem conscientia mandati, cum charitate Christi coniuncta, continuo urgebat apostolicum virum, solabatur afflictum, iacentem erigebat, suisque viribus diffisum legationis sacrae confidentia

---

[1] *Vita S. Bonifacii* auctore WILLIBALDO, c. V, 13-14.
[2] Ep. *Exigit manifestata*, inter Bonif. ep. XII (al. II).

roborabat. Quod statim apparuit cum primo adventu in Boioariam Thuringiamque, ut narrantem sequamur eiusdem aetatis scriptorem, « iuxta « insitum sibi mandatum apostolici pontificis, senatores denique plebis, » totius populi principes verbis spiritualibus affatus est eosque ad veram « agnitionis viam et intelligentiae lucem provocavit ». [1]

quem conscientia suae legationis ad nova itinera et novos labores continuo excitat.

Haec eadem conscientia delatae sibi legationis ab otio deterrens, a quietis etiam vitae rationibus, quibus in uno moratus loco tamquam in portu conquiesceret, perpetuo abstraxit ; ad asperrima quaeque atque humillima aggredienda, in Dei gloriam et animarum salutem sive comparandam sive augendam unice intentum, permovit.

Devotio S. Bonifacii erga S. Sedem.

Qua vero devotione ac pietate e nutu pendebat Sedis Apostolicae, cui legationem illam suam referebat acceptam, eadem Romam litteras submittebat ac nuntios, ut cum primum legationis curriculo inito, « Patri « venerabili Apostolicae Sedis pontifici universa quae circa illum Domino « donante facta sunt ... per ordinem revelavit », ac « de rebus quae ad « quotidianam Ecclesiae Dei necessitatem populique proventum pertinebant, plura ob consilium Sedis Apostolicae interrogando conscripsit ». [2]

Atque id quidem praestabat Bonifacius singulari quodam ac proprio pietatis sensu, quem ipse senex candide aperiebat Zachariae Pontifici rescribens : « Postquam me ante annos prope triginta sub familiaritate et « servitio Apostolicae Sedis, annuente et iubente venerandae memoriae « antistite apostolico Gregorio anteriore, voto constrinxi, quicquid mihi « laetitiae vel tristitiae acciderat, apostolico pontifici solebam indicare, « ut in laetis simul laudaremus Deum et in tristibus eius consilio robo« rarer ». [3]

His gemina documenta passim occurrunt quae inter strenuum hunc Evangelii praeconem atque Apostolicam Sedem et nunquam intermissum litterarum commercium et mirificam voluntatum consensionem demonstrant, quatuor continenter Pontificum gloriosae memoriae fausto regimine continuatam.

Nam et ipsi Romani Pontifices nullum praetermittebant locum curamve legati sollertissimi adiuvandi fovendique sui, et rursus Bonifacius nihil prorsus negligebat, nihil unquam studii officiique remittebat, quin tantorum Pontificum, quos parentum loco venerabatur ac diligebat, legatione sanctissime fungeretur, atque etiam abunde superaret.

Summo sacerdotii gradu decoratur a Gregorio II

Gregorius igitur Pontifex probe intelligens quam late pateret evangelicus campus a se Bonifacio demandatus, quamque laeta messis albesceret, maxima quidem multitudine plebis ad consortium sanctae Ecclesiae per ipsum ascita, summum eidem Sacerdotii gradum communicandum atque episcopalem totius Germaniae provinciam imponendam decrevit. Cui vicissim Bonifacius, qui prius Willibrordo amicissimo suo restiterat, « quia contradicere huic tanto pontifici Apostolicae Sedi praelato non « auderet, consensit etiam et obedivit ». Hunc autem honorem amplissimum ex parte sua Romanus Pontifex altero cumulavit, sive honore sive beneficio penitus singulari atque Germanorum posteritati commendando, cum familiaritatem Sedis Apostolicae tam Bonifacio quam omnibus

---

1 *Vita S. Bonifacii,* cap. VI, 16.
2 Ibid., VII, 19.
3 *Ep. LIX* (al. LVII).

eidem subiectis ex hoc in futurum condonavit. [1] Quam videlicet familiaritatem Gregorius ipse multis ante argumentis indiciisque demonstraverat, ut litteris scriptis compluribus, ad reges et principes, ad episcopos, abbates clerumque universum ; ad populos ipsos, quamquam vel barbaros, vel recens ad fidem revocatos, omnibus illud idem edicens ut magno illi « Dei famulo ad illuminationem gentium ab hac apostolica atque « catholica Dei Ecclesia destinato assensum vel concursum » praeberent. [2]

et archiepiscopatus pallio a Gregorio III.

Eandem iterum Bonifacii Sedisque Apostolicae familiaritatem et amicitiae communionem confirmavit Gregorius III in pontificatu successor, cum Bonifacius electo nuntios misisset ; qui quidem « prioris amicitiae « foedera, quae misericorditer ab antecessore suo sancto Bonifacio « eiusque familiae collata sunt manifestaverunt », itemque « devotam « eius in futurum humilitatis Apostolicae Sedi subiectionem narraverunt » ac tandem « ut familiaritati ac communioni sancti Pontificis atque totius « Sedis Apostolicae ex hoc devote subiectus communicaret, quemadmo- « dum edocti erant » precati sunt. [3] Hos vero nuntios Pontifex et benignissime excepit et Bonifacio novis delatis honoribus, ipsoque « archi- « episcopatus pallio, cum muneribus diversisque sanctorum reliquiis « honorifice remisit ad patriam ». Quibus amoris significationibus vix dici potest quam « gratulabundus, Apostolicae Sedis nimium confortatus « devotionis suffragio, opeque divinae misericordiae inspiratus » [4] vir ille apostolicus ad maxima quaeque ac difficillima aggredienda vires animumque reciperet ; nova exaedificare templa, hospitia, monasteria, castella, novas percursare regiones Evangelium promulgando, novas riteque circumscriptas dioeceses constituere aut constitutas reformare, in iisve radicitus vitia, schismata erroresque convellere, tum serere ubique genuina fidei vitaeque christianae germina, recta dogmata ac virtutes ; tum etiam, auditoribus usus quampluribus a se institutis alumnis pietatis, popularibus quoque suis bene multis, ex Anglia accitis, gentes barbaras saepe et immanitate efferatas ad humanum civilemque cultum informare.

Tertio ad S. Limina iter instituit.

Ac tamen inter tot ac tanta incoepta, tam multis licet rebus praeclare ac sanctissime gestis nobilitatus, cum assiduis simul insectationibus, adversitatibus, angoribus etiam animi conflictaretur, aetate praeterea iam a diuturnis laboribus devexa, ad quietem nec se intolerantius iactabat nec ullum dabat quieti locum, sed iussa semper Pontificis opemque respiciebat. Quare « tertio propter familiarem sancti apostolici Pontificis « totiusque clericatus communionem, discipulorum comitante coetu, « Romam venit ut apostolici videlicet Patris salubri frueretur colloquio, « et sanctorum se, iam aetate provectus, orationibus commendaret ». [1] Tum vero etiam tertio benigne est a Domino apostolico susceptus, ac denuo « cum muneribus et reliquiis Sanctorum honorifice ditatus », commendatitiis item epistolis cumulatus amplissimis, ut ex earum ipsis exemplis apparet ad nos usque perlatis.

---

1 *Vita S. Bonifacii*, c. VII, 21.
2 Ep. *Sollicitudinem nimiam* inter Bonif. ep. XVII (al. VI).
3 *Vita S. Bonifacii*, c. VIII, 25.
4 Ibid., c. VIII, 25 sq.
1 Ibid., c. IX, 27 sq.

Zachariam Pontificem inter et Bonifacium intima coniunctio.

Utrique autem Gregorio, cum Romani Pontificatus, tum potioris in ermanos eorumque Apostolum sollicitudinis haeres Zacharias successit, ui veterem coniunctionem non modo renovavit sed mirifice auxit, onfidentius etiam utens fortasse cum Bonifacio ac benevolentius ; et icissim cum Zacharia Bonifacius, nuntiis compluribus atque epistolis imiliarissimis ultro citroque missis. Hisce siquidem, inter alia quae ommemorare longum est, suavissimis verbis legatum alloquitur suum omanus Pontifex : « Cognoscat, frater charissime, tua sancta fraterni-tas, ita dilectionem tuam habere in nostris praecordiis, ut te praesen-tialiter quotidie videre desideremus et ita te in nostro consortio habea-mus ut certe ministrum Dei et dispensatorem Ecclesiarum Christi ». [1] Iure igitur meritoque rescribens Germaniae Apostolus extremis vitae iae annis Stephano Pontifici, Zachariae successori, hoc unum « discipu-lus Romanae Ecclesiae intimis ac visceratis obnixe flagitat precibus, ut familiaritatem et unitatem Sedis Apostolicae ab almitatis suae cle-mentia impetrare et habere mereatur ». [2]

Quam alte S. Bonifacii animo insederat pietas erga sedem Romanam, in vita monastica hausta.

Hac firmissima permotus fide, hac pietate et charitate inflammatus onifacius quam Sedi Apostolicae fidelitatem coniunctionemque singula-m ex umbratili vitae monasticae palaestra primum hausisse videtur in atria, quam deinde, in apertum certamen vitae apostolicae progressurus, omae, super corpus ipsius B. Petri Apostolorum Principis, sacro inter-osito iureiurando promiserat, quam denique veluti sui apostolatus rmam ac susceptae legationis regulam, in medium discrimen aciemque oduxerat, eandem et constantissime retinuit, et ceteris etiam omnibus, ios per Evangelium genuisset, vehementer commendare nunquam estitit, atque tanta sedulitate inculcare ut illam veluti testamenti loco liquisse videretur.

Ita enim senex laboribusque confectus, quamquam de se humillime aedicabat : « ultimus et pessimus sum omnium legatorum, quos catho-lica et apostolica Romana Ecclesia ad praedicandum Evangelium destinavit », [3] Romanam tamen illam legationem suam prae se ferebat, atque unice glorians in Domino, ipse se « legatum Germanicum sanctae catholicae apostolicae romanae Ecclesiae » appellare gaudebat, pro-ssus devotum servum Romanorum Pontificum pro auctoritate sancti etri et subditum discipulum atque obedientem esse velle.

Tam alte insederat eius animo ac penitus haerebat quod Cyprianus artyr, antiquissimae traditionis Ecclesiae testis, firmissime adserebat : Deus unus est, et Christus unus et una Ecclesia et cathedra una super Petrum Domini voce fundata » ; [4] quod item Ambrosius, magnus ille cclesiae Doctor, praedicabat : « ubi Petrus, ibi Ecclesia ; ubi Ecclesia, i nulla mors, sed « vita aeterna », [5] quodque denique Hieronymus pientissime docebat : « Ecclesiae salus in summi Sacerdotis dignitate pendet, cui si non exsors quaedam et ab omnibus eminens detur potestas, tot in ecclesiis efficientur schismata quot sacerdotes ». [6]

---

[1] Ep. *Susceptis*, inter Bonif. ep. LI (al. L).
[2] *Ep. LXXVIII.*
[3] *Ep. LXVII* (al. XXII).
[4] CAECILII CYPRIANI *Ep. XLIII*, 5.
[5] *Enarr. in Ps. XL*, n. 30.
[6] *Contra Lucif.*, 9.

Quod utique tristissima quoque veterum discordiarum historia testatur, eorumque omnium, quae redundarunt ex illo fonte, malorum experientia confirmat ; quae tamen commemorare, tot aliis calamitatibus cruentisque caedibus oppressos, minime iuvat in praesenti, sed communibus potius lacrimis atque, si fieri posset, aeterna oblivione delere.

Praestat igitur veteris potius unitatis memoriam revocare coniunctionisque necessitudinem celebrare quae inter principem Germanorum Apostolum Bonifacium universamque Germaniae gentem atque hanc Apostolicam Sedem intercessit ; e cuius legatione omnis est apud Germanos profecta religio et prosperitas ipsa humani civilisque convictus.

Haec, etsi omnibus perspicua in memoriam revocantur in spem redintegrandae illius unitatis.

De qua quidem plura proferri possunt, ut optime nostis, dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, perutili sane recordatione commemoranda. At satis multa iam protulimus, et nimis fortasse multa, dum res agitur in promptu et sane planior quam ut prolixa oratione multisque argumentis indigeat. Quod si haec fusius, quam necessitas postulabat, commemoravimus, id propterea placuit, ut vobiscum memoria vetera repetentes nonnihil solatii ad praesentia aequiore animo perferenda perciperemus in spem erecti affuturae quam primum huius redintegrationis unitatis coniunctionisque Ecclesiae *in multitudine pacis atque in vinculis charitatis.*

Sui enim decessoris exempla hodierni Antistites Germani sectantur.

In iis enim immorari iucundum eoque iucundius, quod Bonifacii decessoris vestri exempla virtutesque singulares, in primisque illam amicitiae coniunctionisque necessitudinem quam hisce litteris celebrandam suscepimus, in vestris conspicimus atque admiramur vitae rationibus repraesentatam Nobis et quodammodo expressam. Vivit enimvero apud vos et gloriosissime vivit vester Germaniae Apostolus ; vivit, ut ipse se appellabat, « Legatus Germanicus catholicae Romanae Ecclesiae », eandem suam illam Romanam legationem veluti sustinens adhuc precibus, exemplis, rerumque gestarum memoria, quibus profecto « defunctus « adhuc loquitur ». At vero ita loquens, populos quondam suos ad unitatem potissimum Ecclesiae Romanae invitare atque adhortari ille videtur, fidus interpres ac praeco Magistri et Servatoris nostri Iesu, qui hoc potissimum precatur et commendat suis « ut unum sint ».

S. Bonifacius suis verbis et exemplis omnes omnino ad arctam cum Ecclesia romana unionem hortatur.

Invitat ille quidem coniunctiores Ecclesiae alumnos ut arctius amantiusque adhaerescant ; invitat ceteros, ab unitate abscissos, ut ad eiusdem sinum Ecclesiae Matris pie se fidenterque recipiant, veteribus sepositis odiis, simultatibus, praeiudicatis opinionibus ; omnes denique christifideles sive recens ascitos, sive iam pridem cooptatos, ut in eiusdem consensione fidei et coniunctione voluntatum perseverent ; ex qua tandem divina floreat Charitas atque ipsa etiam civilis hominum societatis concordia.

Quis autem non hanc Patris invitationem adhortationemque exaudiat ? Quis paternam doctrinam, exempla, vocem denique ipsam despiciat ? Nam ut scriptoris item antiqui, popularis vestri, candidissima verba usurpemus in primis opportuna, cum Romanae Bonifacii legationis apud vos centenaria memoria recolitur, « si iuxta Apostolum patres carnis « nostrae habuimus eruditores et reverebamur, nonne multo magis « obtemperabimus patri spirituum ? Pater namque spiritualis non solum « Deus omnipotens dicitur, sed etiam omnes, quorum doctrina et exempla « ad agnitionem veritatis instruimur, ad stabilitatem religionis incitamur..

Sicut et Abraham ob fidei obedientiaeque suae meritum, cunctis imitandum, pater omnium dictus est in Christo credentium, haud aliter sanctus praesul Bonifacius omnium Germaniae incolarum pater dici potest pro eo, quod illos verbo praedicationis primitus Christo genuit, exemplis confirmavit, postremo animam quoque suam pro ipsis posuit, qua charitate nemo maiorem valet exhibere ». [1]

Eius autem zelus in nationes diversissimas diffundebatur.

Illud tamen adiungimus, dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, — quamquam id vestrum scimus latere neminem, — miram hanc Bonifacii charitatem, non unius Germaniae finibus circumscriptam, populos omnino omnes, inter se inimicissimos licet, esse complexam ; quemadmodum et potiore quidem amore, iuxta ordinem virtutis, complexus est Germaniae apostolus finitimam Francorum gentem, cuius aeque reformator extitit prudentissimus ; ac « de stirpe et prosapia Anglorum procreatos » populares suos, quibus praecipue « eiusdem generis vernaculus, « universalis Ecclesiae legatus et servus Sedis Apostolicae », fidei catholicae, eisdem a S. Gregorii Magni Pontificis legatis Romanis illatae, propagationem, apud Saxonum quoque populos ex eodem ortos genere obtinendam, ac denique « unitatem et communionem dilectionis » custodiendam amantissime commendavit. [2]

Ad quam charitatem adeo turbatis temporibus, S. Pontifex episcopos hortatur.

Quoniam vero charitas — ut eiusdem verba scriptoris, quem supra audavimus, iterum Nostra faciamus — est « bonorum omnium origo ac « finis, Nos etiam in hac terminum ponamus », [3] dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres. Id igitur votis omnibus comprecamur ut in hac perturbata hominum societate, Omnipotentis Dei Ecclesiaeque suae instauratis iuribus, legibus, cultu ac memoria denique ipsa revocata, charitas christiana revirescat, quae cum bellis odiisque furentibus tum dissidiis, schismatis atque erroribus serpentibus undique finem imponens, populos inter se foedere devinciat arctiore quam fluxis hominum pactis, unitate fidei potissimum et veteris coniunctionis consuetudine, seu necessitudine potius, cum hac Apostolica Sede, quam Christus Dominus noster veluti quoddam familiae in terris suae fundamentum constitutam voluit, et virtutibus, sapientia, laboribus tot Sanctorum atque ipso denique Martyrum, ut Bonifacii vestri, sanguine consecratam.

Hac autem consensione fidei et voluntatum coniunctione ubique terrarum instaurata, illud Nos etiam usurpare iure quodam Nostro videbimur, de plebe christiana universa, quod Romani conscientia primatus ac sacra Apostolicae Sedis auctoritate permotus, iam inde a primo saeculo christiano peculiariter conscribebat Clemens Papa Corinthiis : « Gaudium et « laetitiam nobis praestabitis, si oboedientes facti iis quae scripsimus « per Spiritum Sanctum resecetis illegitimum zeli vestri studium secundum « exhortationem quam de pace ac concordia fecimus in hac epistola ». [4]

Atque utinam hoc nobis omnibus Bonifacius Apostolus ac Martyr impetret, ac populis praesertim, potiori iure, sive origine sive electione suis : illud utique idem e beatorum sedibus perficiens quod ipso fatente efficere nunquam cessavit in terris : « quantoscumque audientes vel

---

1 *Vita S. Bonifacii* auctore OTHLONO monacho, lib. I, cap. ult.
2 BONIF. *Ep. XXXIX* (al. XXXVI).
3 Ibid.
4 S. CLEM. ROM., *Ep. I ad Corinthios*, LXIII.

« discipulos in ista legatione mihi Deus donaverit, ad oboedentiam « Apostolicae Sedis invitare et inclinare non cesso ». [1]

Huius interea auspicem spei laetissimique fructus vestrorum solemnium, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimus, simulque ad augendam sollemnitatem S. Bonifacii haec de sacro Ecclesiae thesauro perlibenter concedimus :

Privilegia spiritualia pro festis saecularibus.

I. Quovis die proximorum mensium Iunii et Iulii, exceptis diebus Pentecostes, Corporis Christi et SS. Apostolorum Petri et Pauli, in omnibus Germaniae Ecclesiis et Oratoriis publicis vel semipublicis, ubi sollemnia saecularia agentur, cuilibet sacerdoti utriusque cleri *Missam de Sancto,* tum in triduana supplicatione tum in ipso fausto die *celebrare* liceat.

II. Quo die festum agetur, Antistes loci vel per se vel per alium ab ipso deputandum *Papalem Benedictionem* impertiri queat.

III. Quicumque Germaniae Ecclesias ubi saeculare festum celebrabitur, eo ipso die inviserint, *Indulgentiam Plenariam toties quoties* ad modum Portiunculae lucrari possint.

Dies (14 Maii 1919).

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XIV mensis Maii, anno MCMXIX, Pontificatus Nostri quinto.

BENEDICTUS Pp. XV.

---

5. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

EPISTOLA 1 MAII 1919

Ad R. P. Venantium a Lisle-en-Rigault, Ord. Min. Capucc.; ministrum gen., tertio pleno saeculo a beatissimo exitu S. Laurentii a Brundusio

(A. A. S. 4 iul. 1919, 11, 268).

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Inter praestantissimos viros, qui Dei providentia in Ecclesiae laborantis auxilium umquam excitati sunt, insignem profecto locum obtinet praeclarum illud vestri Ordinis decus, Laurentius a Brundisio, cuius quidem a beatissimo exitu tria saecula propediem expletum iri comperimus. Etenim in ea incidit gravissima rei christianae tempora, cum haeresim protestanticam late disseminatam ingens iactura religionis catholicae consecuta erat : et ante omnia incredibile est quo apostolatus ardore fidem tueri et propagare contenderit. Testes sunt Europae regiones non paucae, quas ipse magno cum animarum fructu peragravit ; qua devios reducendo, qua vaccillantes confirmando, qua communem pietatem refovendo. Cumque vulgo effrenata morum licentia, uti solet, errorum fallacias comitaretur, innumerabiles fuerunt quos e vitiorum caeno non solum singulari quadam concionandi vi, sed exemplo etiam innocentissimae vitae ad bonam frugem traduxit. Iam vero mirandum in modum tum virtus eius eluxit, cum bello turcico,

S. Laurentii a Brundisio

opera in bello contra infideles,

---

[1] *Ep. L* (al. XLIX).

apud Albam Regalem non tam de Hungariae libertate quam de salute christiani nominis, impari pugna decertatum est. Elata enim Iesu Crucifixi effigie, cum exiguas nostrorum copias antecederet, divinitus a vulneribus utus, cum primis in urbem irrupit, ut ei potissimum victoriae laus, omnium opinione, tribueretur. Consilio etiam prudentiaque fuit sane commemorabili : ob eamque rem legationes plures easque nobilissimas Fidei causa suscepit, in quibus Apostolicae Sedis iura, cui fuit addictissimus, constanter defendere consuevit. Nec est praetereundum quam egregie prosperitati publicae consuluerit, cum et principibus operam navaret, et studiose civitatum dissidia componeret, et summa animi contentione pacem populis atque concordiam perpetuo suaderet. Itaque tanti viri tamque de Ecclesia et civili hominum societate bene meriti, saecularem celebrari memoriam dignum plane est atque opportunum ; quandoquidem eorum temporum, in quibus versatus est, non parvam habet aetas similitudinem. Nunc enim ea maximarum rerum perturbatio insidet, ut christianae vitae principia et instituta in populis restitui, excitari Fidem, odia restingui caritatemque Iesu Chrsti ubique revocari omnino oporteat. Eo non parum conferre posse videntur haec, quae acturi estis, sacra sollemnia : vosque, ut gloriae huius haeredes, alacres vestigiis eius insistite, ut vestra in Ecclesiam civitatemque rem promerita, cum Apostolica Sede coniuncti, augeatis. Nos autem ad fructum splendoremque istius commemorationis amplificandum, quae facultates et Indulgentiae, ex praescripto S. Rituum Congregationis die xx maii MCMXII dato, pro triduanis supplicationibus in honorem beati vel sancti novensilis fieri solitis tribuuntur, easdem vobis pro sacris sollemnibus quae a prima die iulii MCMXIX ad diem XXXI iulii MCMXX celebrabitis, libenter concedimus. Atque auspicem divinorum munerum et peculiaris benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, et universae, cui praees, Fratrum Minorum Capuccinorum familiae apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

legationes,

labores sacri ministerii.

Privilegia spiritualia pro sacris sollemnibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die 1 maii MCMXIX, Pontificatus Nostri anno quinto.

Dies (1 maii 1919).

BENEDICTUS Pp. XV.

---

6. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

LITTERAE APOSTOLICAE 15 IUL. 1919

Ad Germaniae episcopos: pace tandem sancita, opportuna monita profert quibus, Catholicae Ecclesiae opera, quamprimum belli damna resarciantur.

(A. A. S. 1 aug. 1919, 11, 305).

BENEDICTUS Pp. XV

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — **Diuturni luctuosissimique** belli tandem nationi vestrae finis illuxit ; pace sancita, obsidio illa maritima tandem sublata est, quae tam multos, belli nullo modo participes, istic praesertim interemit. Quapropter, venerabiles

S. Pontifex Deo gratias agit de atroce bello finito.

fratres, Nos, qui, utriusque partis belligerantes paterno animo complexi, nihil reliqui fecimus quod vel ad tantum incendium extinguendum vel ad eius miserias minuendas pertineret, singulares Deo omnipotenti grates vobiscum universaque cum gente vestra persolvimus.

Iam hoc agitur apud vos, ut immensa belli damna quamprimum resarciantur : quam quidem ad rem, quoniam nihil tam valet quam Ecclesiae Catholicae opera, cui divina gratia accesserit, ideo has dare ad vos litteras constituimus.

Ne Germania perturbationibus ad exitium adducatur, curent Ordinarii et clerici omnes

ut ruricolae praesertim quantum possunt civibus urbanis opitulentur.

Quod et ab omnibus, maxime catholicis, aliarum nationum hominibus factum iri sperat.

Primum, ne in Germania perturbationes publici ordinis erumpant, quae possunt eidem atque adeo ipsi Europae exitium afferre quod aliis nationibus dolemus imminere, omni ope nitendum est, ut quae ad victum necessaria sunt populo suppetant. Ob hanc causam vos, venerabiles fratres, parochis adhibitis ceterisque de clero, quibus maior est cum populo consuetudo, fidelibus, qui agros incolunt, instabitis ut, quantum parcendo possunt, tandumdem cibariorum urbanis fame laborantibus praebere ne recusent. Id omnino in hac summa necessitate temporis lex iubet caritatis ; quae si omnes, vel inimicos, complectitur, eos vult peculiari modo a nobis diligi, quibuscum communis patriae vinculo coniungimur. Insuper confidimus fore ut quotquot sunt homines cultarum nationum, maximeque catholici, isti populo, quem ad extrema redactum scimus, opitulari maturent, non modo periculorum metu, verum etiam eiusdem humanae familiae communione et christianae caritatis necessitudine adducti. Illud enim semper meminisse omnes debemus quod sanctus Ioannes Apostolus clamat : « Qui habuerit substantiam huius mundi et « viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, « quomodo caritas Dei manet in eo ? Filioli mei, non diligamus verbo « neque lingua, sed opere et veritate » (*Epist. I*, III, 17-18).

Concordia fovenda tum cum exteris, tum inter ipsos cives.

Deinde, venerabiles fratres, omnem sacri muneris auctoritatem unusquisque vestrum convertat oportet ad sananda ea, quae bellum nationi vestrae peperit aut exasperavit, vulnera animorum. In quo potissimum labes abolenda erit odii cum adversus externos quibuscum dimicatio fuit, tum inter cives quos partium studia dissocient ; atque eius loco excitanda, quae a Iesu Christo est, fraterna caritas cui nulli sunt fines populorum, nulla inter civium ordines certamina. Quod nuper in sacro Consistorio significavimus, illud ipsum hic iteramus votum, « ut homines populique « inter se vinculis denuo consocientur christianae caritatis, quae si desit, « omnis de pace conventio frustra erit ».

Preces adhibeantur.

Germaniae se, quantum potest, opitulaturum S. Pontifex promittit.

Vos profecto, venerabiles fratres, ut pastores boni iidemque pacis caritatisque administri, omnem vestram diligentiam industriamque in hac causa adhibebitis, non cessantes communibus cum clero populoque vestro precibus propitium implorare Deum. Quod ad Nos attinet, vobis in hoc patriae vestrae summo discrimine non sane defuturi sumus ; sponte enim paternus animus illuc fertur studiosior, ubi filiorum est necessitas maior, exemplo nimirum amantissimi hominum Redemptoris, qui, multitudine graviter laborante commutus, memorabilem illam edidit vocem : *Misereor super turbam.* Auspicem interea divinorum munerum ac testem peculiaris benevolentiae Nostrae, vobis, venerabiles fratres, et omnibus, qui curae vestrae sunt concrediti, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XV mensis Iulii MCMXIX, Pontificatus Nostri anno quinto. *Dies (15 Iul. 1919).*

BENEDICTUS Pp. XV.

---

7. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

EPISTOLA 7 IUL. 1919

Ad R. P. D. Paulinum Ladeuze, Rectorem, itemque ad Doctores decuriales Universitatis Lovaniensis: de hac ipsa quamprimum in pristinum restituenda.

(A. A. S. 1 sept. 1919, 11, 341).

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Quamquam, quoad luctuosissimum bellum tenuit, in cuius quidem initio Pontificatum suscepimus, non licuit vobis, propter exitium patriae vestrique cladem Athenaei, communibus Nos adire litteris, numquam dubium Nobis fuit, quin ita erga Nos animati essetis, quemadmodum filios deceret amantissimos. Nunc, legentes vestram epistolam, mirifice delectati sumus illa pietatis et obsequii in Nos et hanc Apostolicam Sedem significatione pulcherrima; quae scilicet eo Nobis accidit iucundior, quo acrius contendisse scimus improbos homines, ut vos a Nobis abalienarent. Etenim, cum, doloribus omnium tamquam Nostris affecti, quantum erat in Nobis curaremus operam ut tantorum malorum finis approperaret, intereaque miserias omne genus levare niteremur, illud Nostram augebat aegritudinem, non paucos esse qui quaevis vel consilia vel conata vel coepta vestra maculis odiosarum suspicionum aspergerent, aut etiam indigne criminarentur.

Itaque peropportune affirmatis: in acerrima contentione belli, quae animantam usquequaque animorum offensionem coniunctam haberet, Nos ex vestra ipsa parentis communis conscientia, cum plurimi utrobique essent Ecclesiae filii, eam debuisse agendi rationem sequi ut neutri parti studere videremur, eaque re, nullis iure suspecti, omnibus prodesse possemus; cum autem hanc rationis aequalitatem adhiberemus ad omnes, singulari semen curae Nobis fuisse Belgium, atque illud ante omnia in pristinum esse restituendum semper edixisse. Haec vero aperte profitentibus vobis, perandum est simplices ac rudes bene multos quos malevolentissimae liae obtrectationes deceperint, tandem errorem deposituros. Vos autem um de vestris rebus omnibus tum maxime de relevanda ista Universitate obis curae esse pro certo habeatis volumus: cuius quidem descripta a obis species sane miserabilis vehementer Nos movet, contemplantes uam magnis acceptis vulneribus a bello emergat. Equidem intelligimus d ornamentum et utilitatem Belgici nominis multum interesse ut istud octrinarum nobilissimum domicilium celerrime revirescat: quam ad rem iam contulimus aliquid, ut ipsi gratis animis commemoratis, neque osthac desiderari patiemur, quicquid Nobis fuerit facultatis. Ceterum elgii laborantis causam, quae eadem Nostra est, Deo vehementer com-

mendamus, precamurque ut omnem lacrimam ab oculis vestris sua benignitate abstergat. Divinorum auspicem munerum praecipuaeque Nostrae benevoientiae testem, apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, vetrisque alumnis universis amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VII Iulii MCMXIX, Pontificatus Nostri anno quinto.

BENEDICTUS Pp. XV.

---

8. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

EPISTOLA 7 OCT. 1919

Ad Leonem Adolfum S. R. E. Card. Amette, Archiepiscopum Parisiensem, ob sollemnem consecrationem Basilicae SS. Cordis Iesu ad Montem Martyrum.

(A. A. S. 3 nov. 1919, 11, 412)

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Amor ille singularis quo Galliam Apostolica Sedes semper dilexit, efficit omnino, ut, cum Basilicae in Monte Martyrum conditae Sacratissimo Cordi Iesu appetat sollemnis consecratio, eam Nos sollemnitatem tamquam domesticam putemus, velimusque istuc proprium Legatum mittere, qui Nostram ad ea sacra Personam gerat. Advenit igitur ad vos tali cum munere dilectus filius Noster Cardinalis Antonius Vico, et is quae sint in hac rei faustitate animi Nostri et sensa et vota significabit.

Equidem, uti, Apostolo docente, cognovimus Verbi Dei incarnationem tunc factam esse ubi venisset plenitudo temporis ad mundi salutem reparandam, ita persuasum hoc Nobis habemus suo quoque pleno tempore Sacratissimum Cor Iesu divinitus propositum esse mundo peculiari studio colendum, cum videlicet, refrigescens multorum caritas, nisi hoc divini amoris incendio, refoveri non posse videretur. Ita ostendit Dominus se, quod promiserat, usque ad consummationem saeculi nobiscum esse et fore, eadem semper caritate flagrantem, qua incensus, pro nobis homo factus et passus et mortuus est. At illud quoque divinae providentiae consilium licet agnoscere : nam, cum ista aedes ad Montem Martyrum, publico voto suscepto abhinc multis annis excitata, memorem gratiam Galliae erga Cor Iesu testaretur, eius dedicatio in hoc tempus dilata est, quo nationem vestram officium sanctissimum tenet grati animi in Deum illustri significatione declarandi, quod e maximo post hominum memoriam bello superior discesserit.

Divinum igitur Cor in votivo hoc templo adorantes, Ipsum veneramini bonorum omnium datorem, qui cum universum hominum genus tantopere dilexerit ac diligat, tum gentem vestram singularibus beneficiis ornavit. Sed enim amor amore rependitur : nec quicquam aliud in novo Testamento et in veteri inculcatur vehementius, ut quod est omnium locorum ac temporum praeceptum quo uno Lex omnis continetur. *Ait Iesus : diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum.*

Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum (Matth., XXII, 37-39). Cor igitur sacratissimum cum immensam Iesu caritatem in filios, at saepius immemores, sensibili modo demonstret, simul nos admonet huius maximi officii quo Deum ante omnia et proximum sicuti nosmetipsos diligere debemus.

Iam vero proximorum caritas, eo impensior quo propinquiores attingit, ad universos homines, vel inimicos ipsos, extenditur, cum omnes fraterna inter nos necessitudine copulemur, utpote eiusdem Dei filii et eodem Iesu Christi sanguine redempti. *Audistis, quia dictum est : « Diliges « proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum ». Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt eos, et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in coelis est* (Matth., V, 43-45). Hoc Magister et Dominus Noster edixit, hoc Apostoli una voce, in primisque ille amoris praeco Ioannes, tradiderunt, hoc ipsum constat vivendo exsecutos esse, quicumque ad Evangelii sapientiam mores suos exegerint.

Scimus equidem huiusmodi Christi Domini praeceptum mundo non placere, adeo ut, qui eius sanctitatem affirment atque defendant, eorum consilia perverse interpretetur, contumeliisque omnibus rependat. Ita cum Iesu Christo actum est, ita proxime cum Vicario Iesu Christi nec aliud unquam fiet, si quis iniuriarum oblivionem atque amorem praedicet erga eos qui nobis malefecerint patriamque nostram oppugnaverint. At improborum offensio neminem retardare debet ab hoc tam gravi Evangelii praescripto servando atque inculcando, in quo convictus humani tranquillitas statusque civitatum maxime nititur.

Est igitur consequens ut, si divinum Cor Iesu gratissimo ei cultu prosequi volumus, utramque excitare in animis caritatem debeamus, erga Deum scilicet et erga homines, quamvis inimici sint aut hostes exstiterint. Meminerint enim omnes ea demum condicione oblatam nobis a Domino veniam peccatorum, si iis, qui in nos peccaverint, ignoscamus. Huic rei apud populum factis verbisque dare operam, munus praecipue est cleri ; eo vel magis quod, nisi reconciliatis inter se et animis et populis, tantorum sanatio vulnerum, quae bellum attulit, atque ipsius pacis stabilitas sperari vix potest.

Adsit vobis, precamur, divinae misericordiae celebrantibus munera, Iesus Christus Dominus Noster : ac populari vestra, beata Margaritâ, cui divitias Cordis sui singulariter patefecit, deprecante, ex ista pernobili sede, quam vos in honorem amoris eius excitastis, Galliam non modo, sed universum genus humanum amplectatur et foveat, ita ut quod in Versaliensi consilio nuper hominum prudentia inchoavit, id in Monte Martyrum divina caritas perpoliat atque perficiat.

Caelestium bonorum auspicem, quae dilectissimae nationi vestrae optamus uberrima, et paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, cunctaeque Galliae apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VII mensis octobris, in solemnitate Ss. Rosarii B. M. V., anno MCMXIX, Pontificatus Nostri sexto.

BENEDICTUS Pp. XV.

9. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

EPISTOLA ENCYCLICA 24 NOV. 1919

De stipe colligenda pro pueris Europae mediae fame laborantibus

(A. A. S. 1 dec. 1919, XI, 437.)

BENEDICTUS Pp. XV

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Etiam post extinctum bellum, contra spem S. P. regiones quaedam magna rerum ad vita necessariarum privatione premuntur.

Paterno iam diu animo ominabamur atque sperabamus fore, ut, restincto tandem immani bello suscitatoque christianae caritatis spiritu, quae fame et inedia, Europae praesertim mediae, regiones conficiebantur, illae ad meliorem condicionem, concordi bonorum omnium opera et conatu, paulatim adducerentur. At vero exspectationem Nostram eventus non omnem explevit ; undique enim affertur, frequentissimos eos populos, quos diximus, tanta ciborum vestiumque laborare adhuc inopia, quantam mente effingere vix liceat. Miserrime perditur interea ac profligatur debiliorum corporum valetudo, atque in primis puerorum ; quorum calamitate eo vehementius afficimur, quod ipsi non modo ignari insontesque sunt internecivi certaminis, quo terrarum orbem paene totum cruentari vidimus, sed futuri praeterea sunt novarum auctores stirpium quae nativam referent germinis infirmitatem.

Quo inedia debiliores praesertim et insontes pueruli misere afficiuntur.

Sed tamen ex hisce angoribus ac molestiis recreati aliquanto sumus cum nuntiatum Nobis est, homines recte animatos in societates coivisse, eo consilio, ut *pueros conservarent*. Egregium sane propositum, venerabiles Fratres, ut par erat, probare atque auctoritate Nostra fulcire non dubitavimus ; congruebat enim cum praecipuis benignitatis officiis illi debitis aetatulae quae et Christo Redemptori carissima est et minus habet ad tolerandum et resistendum facultatis. Ceterum, in simili causa id ipsum antea egeramus ; meministis enim, Nos, haud ita pridem, pueris Belgarum, fame et egestate paene enectis, quantum in Nobis erat, opitulatos esse, eosque catholicorum caritati publice commendasse. Quorum quidem communi largitati magnam partem debetur, si tot innocentium parvulorum necessitatibus consulere et incolumitatem vitamque ipsam tueri licuit : cum enim Archiepiscopos et Episcopos Foederatarum Americae Civitatum ad tam praeclarum opus hortati essemus, continuo optatis Nostris generosus respondit plurimorum consensus. Prosperum rei successum hodie commemoramus, non tam ut laudibus ornemus homines in fastis christianae caritatis merito inscribendos, quam ut Episcopi orbis terrarum universi, voce et auctoritate Nostra impulsi, Nostrum hac in re consilium, quantum apud suos gratia valent, exsequi nitantur atque contendant.

Ideoque S. P. laudat summopere societates constitutas ut puerts opitulentur.

Quod opus caritatis ipse S. P., magno cum successu in favorem puerorum Belgarum promoverat.

Adventante igitur D. N. Iesu Christi Natali die, ad miserrimos pueros Europae potissimum mediae, quos premit acrius earum indigentia rerum quae ad vitam necessariae sunt, sponte provolat cogitatio Nostra ; tener-

Occasione proximae diei Natalis D. N. I. C.

rimamque sobolem eo maiore complectimur sollicitudine, quo expressius refert Nobis divini Infantis imaginem, propter hominum amorem in Bethlemitico specu hiemalia frigora rerumque omnium inopiam perferentis. Hac quidem occasione nulla profecto opportunior, ut Christifidelium caritatem et miserationem, atque adeo humanitatem omnium qui de salute humani generis non desperent, pro insontibus pueris imploremus.

suscitanda caritas omnium erga pueros Europae mediae.

Itaque mandamus, venerabiles Fratres, ut, ad propositum, de quo locuti sumus, assequendum, in vestra cuiusque dioecesi, publicis supplicationibus in diem octavum ac vicesimum proximi mensis Decembris indictis, quo die sollemnia Ss. Innocentium aguntur, stipem fidelium colligendam curetis. Atque ut in hoc nobilissimo beneficentiae certamine utilitati tot puerorum aptius prospiciatur, praeter stipem, cibaria quoque et medicamenta et vestes et textilia corroganda videntur, quibus populi earum regionum, prae ceteris adiumentis, indigent. Oblata vero eiusmodi dona quo demum pacto aeque dividantur et ad destinatum locum pervehantur, dicere vix attinet; id enim negotii vel iis societatibus committi poterit, quas ad rem constitutas esse significavimus, vel qua alia cuique libeat ratione expediri.

In diem 28 dec. praescribuntur publicae supplicationes et stipis collectio.

Iam quibus hortationibus, ex officio universalis paternitatis Nobis divinitus credito, usi sumus, eas, quamquam ad catholicos potissimum pertinent, confidimus tamen, omnes, qui humanitatis sensus habeant, esse benigne excepturos. Ut autem exemplo reliquis praeeamus, etsi undique gentium et continenter a Nobis plurimum opis auxiliique postulatur, in puerorum eorundem levamen, pro facultatibus Nostris, centum millia libellarum italicarum conferre statuimus.

Sperat S. P. non catholicos tantum sed omnes bonos homines suam adhortationem esse optime excepturos.

Ipse datis 100.000 lib. exemplo praeire cupit.

In auspicium interea secundi exitus, inque testimonium paternae benevolentiae Nostrae, vobis, venerabiles Fratres, et universo clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Apostolica benedictio impertitur.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die XXIV mensis novembris anno MCMXIX, Pontificatus Nostri sexto.

Dies (24 nov. 1919).

BENEDICTUS Pp. XV.

Annotationes

Diebus 6, 7, 8 ianuarii, constituta est Genevae « Union centrale internationale de secours aux enfants malheureux ». Praeses conventus ad condendam unionem adunati, unanimi plausu nominatus est R. D. Maglione, qui S. Pontificis legatione fungebatur. Omnium gratum animum erga S. Pontificem, declaravit Dna Jebb, ex « Save the Children Fund ». Inter socios Consilii exsecutioni praepositi electus est P. P. Negrini, Provincialis Oblatorum S. Franc. Salesii. (Cf. *Les nouvelles religieuses*, III (1920), p. 93 et 103, ss.)

I. Creusen, s. i.

10. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

EPISTOLA APOSTOLICA 30 NOV. 1919

De fide catholica per orbem terrarum propaganda

(A. A. S. 1 dec. 1919, XI, 440)

BENEDICTUS Pp. XV

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Munus Apostolis creditum, fidei per Orbem propagandae, maximo zelo Ecclesia semper curavit,

Maximum illud sanctissimumque munus quod, suo iam instante ad Patrem reditu, Dominus Noster Iesus Christus discipulis demandavit, cum dixit : *Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae* [1], non erat sane Apostolorum vita terminandum, sed apud eorum successores perpetuandum usque ad consummationem saeculi, quoad scilicet futuri essent in terra homines, quos veritas liberaret. Ex quo igitur *illi profecti praedicaverunt ubique* verbum Dei [2], ita quidem ut *in omnem terram* exierit *sonus eorum : et in fines orbis terrae verba eorum* [3] ; divini mandati memor, Ecclesia numquam, labentibus saeculis, cessavit adhuc traditae divinitus doctrinae partaeque humano generi per Christum salutis aeternae nuntios et administros in omnes partes mittere.

diversis temporum adiunctis sedulo utens,

Illo ipso enim trium saeculorum spatio, quo ad Ecclesiam recens natam opprimendam, alia ex alia, excitata ab inferis persecutio desaeviit, cum omnia Christianorum sanguine redundarent, vox tamen Evangelii praeconum late Romani imperii fines pervagata est. Postquam vero pax et libertas publice est Ecclesiae data, multo maiores in apostolatu progressus toto orbe fecit : quo in genere praeclari vitae sanctimonia viri utilissime elaborarunt. Ex his Gregorius Illuminator Armeniam christiano nomini adiungit, Styriam Victorinus, Aethiopiam Frumentius ; tum parit Hibernos Christo Patritius, Anglos Augustinus, Columba Palladiusque Scotos, deinde illustrat evangelii luce Hollandiam Clemens Willibrordus, primus ille Ultraiectensium episcopus, Germaniae populos Bonifatius et Ansgarius, Slavoniae autem Cyrillus et Methodius ad catholicam fidem traducunt Deinceps multo latior campus hominibus apostolicis patere coepit, cum Gulielmus de Rubruquis Fidei facem Mongolis intulit, cumque beatus Gregorius X primos missionales legavit in Sinam : quos subinde Francisci Assisiensis alumni consecuti, non exiguam ibi constituerunt fidelium ecclesiam, quam haud multo post persecutionis orta tempestas dissipavit. America autem detecta, virorum apostolicorum agmen, in quibus praecipue commemorandus est Bartholomaeus Las Casas, Dominiciani Ordinis decus ac lumen, miseros indigenas cum ab hominum dominatu improbo tuendos, tum ex daemonum durissima servitute eripiendos suscipiunt ; intereaque Franciscus Xaverius, dignus is quidem qui Apostolis ipsis comparetur, cum in Indiis Orientalibus et in Iaponia pro Christi gloria anima-

ut probant clara tot apostolorum nomina.

---

[1] MARC., XVI, 15.
[2] Ibid., 20.
[3] *Ps. XVIII*, 5.

rumque salute mirifice desudasset, ad Sinensis limen Imperii, quo iam tendebat, emoritur, quasi discessu suo aditum patefaciens novae evangelii praedicationi in illam regionum immensitatem, in qua erat futurum ut e tot inclytis religiosorum Ordinibus et Missionalium Familiis homines Fidei propagandae studiosi, tantas per vicissitudines rerum ac temporum, apostolatum obirent. Postremo continens ea quae ultima patuit, Australia, itemque Africae interiores tractus, audacia constantiaque recentiorum explorati, christianae fidei nuntios acceperunt; ac fere iam nulla est intra vastissimum mare Pacificum tam remota insula, quo non Missionariorum nostrorum virtus actuosa pervaserit. Ex iis autem plurimi exstiterunt, qui cum fratrum salutem quaererent, ipsi, Apostolorum exemplo, ad sanctitatis fastigium pervenerint, nec pauci qui, apostolatum martyrii laude cumulantes, fidem profuso sanguine confirmarint.

Attamen innumeri etiam nunc homines christianam doctrinam prorsus ignorant.

Iam vero tot tantosque labores a nostris in fidei propagatione exantlatos, tanta studia posita, tanta invictae fortitudinis exempla edita considerantibus, vehementer demirari licet, innumerabiles tamen esse adhuc qui in tenebris et in umbra mortis sedeant; siquidem ethnicorum habita recenter ratione, ad decies millies centena millia numerantur.

Misericordia motus super illos SS. D. his litteris omnes episcopos clerosque et populos adhortari vult ad media optima adhibenda quibus fidei dilatetur cognitio.

Nos igitur, tam immensae animarum multitudinis lacrimabilem sortem miserantes, cum, pro Apostolici sanctitate officii, nihil habeamus antiquius quam ut beneficia eis divinae Redemptionis communicemus, equidem plurifariam in orbe catholico increbrescere illa, Dei nimirum Spiritu commota, studia bonorum in Missionibus exteris provehendis et explicandis, libenti sane gratoque animo videmus. Itaque ad ea ipsa studia fovenda usquequaque et incitanda, ut Nostro est muneri summisque votis consentaneum, lumine auxilioque Domini magnis precibus implorato, has vobis, venerabiles Fratres, mittimus litteras quibus vos vestrosque cleros ac populos hortamur, significantes quemadmodum huic gravissimae causae prodesse possitis.

Primum Praepositos ipsos Missionum adhortatur

Primum omnium ad eos Nostra spectat oratio, qui, ut Episcopi aut ut Vicarii Praefective Apostolici, sacris praesunt missionibus: ipsis enim cura omnis proxime incumbit Fidei propagandae, in iisdem praesertim spem amplificationis suae habet Ecclesia repositam. Quamquam non ignoramus quo fere sint ardore apostolatus, probeque novimus quae quantaeque iis vincendae difficultate fuerint, subeundaque discrimina, his maxime postremis annis, non modo ne de suis praesidiis stationibusque decederent, sed ut regnum Dei etiam dilatarent. Ceterum, eorum erga hanc Apostolicam Sedem observantia ac pietate perspecta, confidenter ipsis, ut filiis pater, animum Nostrum aperimus. Hoc igitur ante omnia cogitent, se suae quemque Missioni tamquam animam, ut aiunt, esse debere. Quamobrem suis sacerdotibus ceterisque sui muneris adiutoribus bono sint, verbis factisque, documento, animosque ac stimulos addant ad sequenda usque meliora. Quotquot enim quoquo pacto in hac vinea Domini operantur, experimento cognoscant oportet, planeque sentiant Missioni praesidere patrem, vigilem, diligentem, caritatis plenum, omnes et omnia summo studio complectentem, qui suorum rebus gaudeat prosperis, condolescat adversis, conatus coeptusque laudabiles secundet atque adiuvet, qui denique subditorum quaecumque sunt, ut sua propria respiciat. Omnino, prout unaquaeque gubernatur, ita varia est condicio et

ut fiant «forma gregis ex animo»,

cooperatores noverint, dirigant, solentur.

Summi momenti est ut Praepositi quam optimi sint : ab his enim fere pendet quantum proficiant qui, tot susceptis sacrificiis, ad agrum Missionum colendum tendant.

fortuna Missionum : quibus proinde valde perniciosum evenire potest, si quis ineptus minusve idoneus praeponatur. Plerumque enim quisquis patriam carosque propinquos deserit, christiani nominis propagandi causa, is longo saepiusque periculoso itineri se committit, alacer et promptus ad durissima quaeque toleranda, dum quam plurimas Christo animas lucretur. Qui si diligenti praeposito utitur, cuius sibi omnibus in rebus adsit prudentia et caritas, non est dubium, quin fructuosissima futura sit eius opera ; sin autem, valde est timendum ne, laboribus incommodisque paulatim defatigatus, ad extremum deficiat animo desidiaeque se dedat.

Memores sint ad omnes, quantum fieri potest, missionis suae incolas fidem esse manifestandam, non in paucis fidelibus esse colendam.

Praeterea, qui Missioni praeest, curare in primis debet ut eam usque promoveat pleneque explicet. Etenim, cum ea regio cuius terminis sua Missio circumscribitur, omnis quam longe lateque patet, ipsius sit mandata curae, profecto omnium quotquot eadem in regione incolunt, ipsi omnino quaerenda est salus sempiterna. Quamobrem si ex ingenti multitudine aliquot millia ethnicorvm ad Fidem traduxerit, non eis fas erit in hoc acquiescere. Accuret quidem, tueatur et foveat eos quos iam Iesu Christo peperit, nec sinat ex eis dilabi quemquam et interire. Verum ne putet se fungi, ut oportet, officio, nisi ceteros etiam, quorum fere est nimio maior numerus, veritatis vitaeque christianae compotes facere pro viribus et sine ulla intermissione contendat. Itaque, ut ad aures singulorum eo celerius meliusque Evangelii praedicatio perveniat, multum proderit alias subinde missionalium stationes et sedes constituere, futuras tamquam totidem centra Vicariatibus aut Praefecturis novis, in quas, cum opportunitas adfuerit, eadem Missio dividatur. Quo loco debitas tribuimus laudes Vicariis Apostolicis, quotquot sunt qui, ea ratione quam diximus, regno Dei nova semper incrementa parant : eamque in rem, si domesticorum adiutorum copia sibi non suppetat, eos ex aliena religiosorum familia vel societate libentissime accipere consueverunt.

Quare ex alia societate religiosa, si opus sit, adiutores assiscant.

Eos enim ex sua missione, quasi propria possessione, removere, magno cum infidelium damno, summe esset reprehendendum.

At contra, quam non probandus ille foret qui Dominici agri partem, sibi assignatam ad excolendum, tamquam suam propriam possessionem haberet, quam prorsus nollet alienis manibus attingi. Quanta vero subeunda ei esset divini iudicii severitas, praesertim si, — quod saepius contingere memoravimus, — christianis non ita multis circumfusa esset multitudo ethnicorum, quibus quidem erudiendis cum ipse cum suis verbi ministris non sufficeret, nollet aliorum operam advocatam adhibere. Atqui catholicae Missionis praeses, cui nihil aliud cordi sit nisi Dei gloria et salus animarum, undique ad sanctissimum munus adiutores, cum opus fuerit, conquirit, nec ii qui sint, suae an alienae familiae aut nationis, quidquam pensi habet, *dum omni modo ... Christus annuntietur* [1] : nec solum adiutores, sed adiutrices etiam, idest sorores religiosas adhibet ad scholas, ad orphanotrophia, ad nosocomia, ad domus hospitales, ad cetera caritatis instituta, in quibus novit, Dei providentis nutu, incredibilem quandam vim ad fidem latius proferendam inesse.

Sororum quoque auxilio in multis operibus utantur.

Vicinarum Missionum Praepositi inter se de negotiis suis conferant.

Ad haec bonus Missionis praefectus non se intra suos fines continet, quasi aliena ducat omnia quae foris fiunt, sed, urgente caritate Christi, cuius ad gloriam quidquid intersit, sua multum interesse putat, cum collegis finitimis amicitiam et necessitudinem studet habere. Multa enim saepe

[1] *Philip.*, I, 18.

exsistunt communia negotia ad eandem regionem pertinentia quae, ut patet, nisi communiter, expediri non possunt. Sed praeterea magno cum Religionis emolumento Missionum praesides, quotquot poterunt, in unum statis temporibus convenient, ut consilia inter se conferant, mutuisque alloquiis confirmentur. Denique illud est quo quicumque Missionem regunt, ii suas praecipue curas oportet habeant conversas, ut sacrorum ministros de gente ipsa, in qua versantur, educent atque instituant : id quod novarum ecclesiarum spem maxime continet. Nam sacerdos indigena, utpote qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valet ad Fidem eorum mentibus insinuandam : multo enim melius quam quisquam alius, novit quibus modis quidpiam eis persuaderi queat. Ita saepe fit ut illuc faciles aditus habeat, quo advenae sacerdoti pedem inferre non licet.

Ex ipsa gente sacrorum ministros educent atque instituant.

Iam vero clerum indigenam, ut speratos fructus afferat, omnino necesse est bene conformare et fingere. At nequaquam satis erit ad hoc institutio quaedam inchoata et rudis, talis videlicet ut quis ad sacerdotium ineundum evadat idoneus, sed plena debet esse perfectaque et numeris omnibus absoluta, qualis sacerdotibus cultarum gentium tradi solet. Neque enim clerus indigena eatenus parandus, est, ut missionarios advenas, humilioribus ministeriis addicti, adiuvent, verum ut ipse, par divino muneri obeundo, recte possit populi sui gubernationem aliquando suscipere. Nam ut Ecclesia Dei catholica est nullamque apud gentem vel nationem extranea, ita consentaneum est ex unaquaque gente sacrorum administros exsistere quos divinae legis magistros viaeque ad salutem duces sequantur populares sui. Ubicumque igitur adsit quantum sat est indigenae cleri eiusque bene instituti et vocatione sua sancta digni, ibi Missionarii opus feliciter expletum ecclesiamque praeclare esse fundatam iure dixeris. Quod si forte ad eam labefaciendam procella dein persecutionis oriatur, non verendum est ne, eo fundamento iisque radicibus, non sit hostiles impetus latura.

Hi vero ut rite fingantur maxime refert et opus est.

Eo magis quod non ut adiutores tantum formandi sunt sed ut quibus aliquando ipsa populi gubernatio sit committenda.

Hoc enimvero tam grave muneris officium ut ex veritate aestimarent diligenterque exsequerentur, semper apud Missionum rectores institit Apostolica Sedes : cuius quidem in hoc genere studium clare indicant cetera et recentia huius Urbis Collegia clericis exterarum nationum instituendis, praesertim Orientali ritu. At, post hanc instantiam Pontificum, dolendum est, regiones esse, in quas abhinc pluribus saeculis catholica fides illata sit, atque ubi tamen clerum indigenam, nisi deterioris notae, non reperias : item populos esse nonnullos, mature evangelii luce illustratos, qui ex barbaria ad eum iam humanitatis gradum emerserint, ut in omni civilium artium varietate praestantes viros habeant, quique, cum multa iam saecula salutari evangelii Ecclesiaeque virtute sint affecti, tamen adhuc nec Episcopos, a quibus regerentur, nec sacerdotes, quorum disciplina civibus imperitaret, efferre potuerint. Apparet igitur mancam mendosamque esse rationem ad hunc diem alicubi usitatam in educando clero qui se ad Missiones applicet : cuius quidem incommodi removendi causa, Sacro Consilio Propagandae Fidei mandamus, ut quae variis regionibus opportuna sint constituat, et Seminaria, quae regionibus singulis pluribusque simul dioecesibus usui sint, vel condenda curet vel condita iam recte gubernanda, praesertim vero sollicitum sit quemadmo-

Videntur non nulli Missionum Rectores mandatis S. S. de hac re non satis detulisse neque exempla esse secutos,

quo fit ut multae nationes nec sacerdotes nec episcopos proprios, ut par est, unquam habuerint.

S. C. de P. F. mandatur ut huic negotio aptis mediis provideat.

dum novus in Vicariatibus ceterisque Missionum locis clerus adolescat

Iam ad ipsos Missionales S. P. se convertit.

Iam vos alloquimur, dilectissimi Nobis Filii, quotquot estis, Dominica vineae cultores, quorum in manibus proxime posita est, cum christiana sapientiae propagatione, tot salus animarum. — Principio versetur vobi semper ante oculos excellentia magnitudoque muneris in quod veste insumitur labor. Divinum est prorsus longeque ab humanarum rationu exiguitate remotum, quod vobis propositum est, iacentibus in morti umbra lucem admovere et ruentibus in interitum caeli viam aperire. Intel ligentes igitur vestrum unicuique dictum a Domino : *obliviscere populum tuum, et domum patris tui* [1], memineritis non hominum debere vos impe rium propagare, sed Christi, nec patriae quae hic est, sed patriae qua sursum, cives adicere. Ac miserum sane foret, si qui ex Missionariis in suae dignitatis immemores viderentur, ut potius de terrena patria quam d caelesti cogitarent, eiusque plus aequo studerent potentiam dilata gloriamque super omnia extendere. Esset haec quidem apostolatus pest teterrima, quae in evangelii praecone omnes caritatis animarum nerv elideret, ipsiusque vulgo debilitaret auctoritatem. Homines enim, qua tumvis barbari et immanes, satis bene intellegunt quid sibi velit, quid ab e quaerat Missionarius, sagacissimeque odorando perspiciunt, si qu aliud ac ipsorum spirituale bonum, expetat. Fac vero eum terrenis aliqu ex parte inservire consiliis, nec se vitium undique apostolicum gerer sed suae quoque patriae negotia procurare videri : continuo omnis ei opera in suspicionem veniet multitudini : quae quidem facile adduci poter in eam opinionem ut christianam religionem putet propriam cuiusda externae nationis esse, quam religionem qui amplexus sit, subiecisse s tutelae imperioque civitatis exterae, propriaeque civitatis ius exuiss videatur.

Memores eximii muneris sibi concrediti,

ne patriae terrestris nomen et imperium potius quam coelestis dilatare conentur.

Id enim animos fidelium et infidelium ab eis alienos faceret.

Ac dolendum hisce praesertim ultimis annis in hac re peccatum esse.

Magnae Nobis quidem aegritudini illa sunt de rebus Missionum com mentaria, quae hisce postremis annis vulgari coepta sunt, in quibus no tam studium apparet Dei regnum dilatandi, quam propriae civitat amplitudinem augendi : miramurque in eis nihil curari quantum hae abalienent a religione sancta animos ethnicorum. Haud ita Missionari catholicus, hoc dignus nomine : sed is, perpetuo recogitans, se nequaquam pro sua ipsius natione, verum pro Christo legatione fungi, ita se gerat u quilibet sine ulla dubitatione agnoscat eius ministrum religionis quae cum omnes complectatur homines, in spiritu et veritate Deum adorante nulli est nationi extranea, atque *ubi non est Gentilis, et Iudaeus, circum cisio, et praeputium, Barbarus et Scytha, servus, et liber : sed omnia in omnibus Christus* [2]. Alterum autem perdiligenter Missionario caven dum, hoc est ne alios quaestus velit facere quam animarum. Verum ha de re non attinet plura dicere. Nam quem cupiditas teneat lucri, quomod ille divinae gloriae studebit unice, ut oportet, in eamque promovendam alios revocans ad sanitatem, paratus erit sua omnia vitamque ipsa impendere? Accedit quod ob eam causam multum ei decederet auctoritat apud infideles, maxime si, quod proclive factu est, studium rei quaerenda in avaritiae vitium iam abiisset ; cuius quidem sordibus nihil est ne

Sedulo quoque omnem avaritiae speciem fugiant.

---

[1] *Ps. XL*, 11,
[2] *Colos.*, III, 11.

nominibus contemptibilius nec Dei regno magis indignum. Bonus igitur vangelii propagator perstudiose in hoc etiam sequetur gentium Apostolum, cuius non solum est illa ad Timotheum hortatio : *habentes alimenta, t quibus tegamur, his contenti simus* [1], quandoquidem usque eo laudem bstinentiae magni fecit ut, operosissimi muneris distentus curis, tamen abore et manu sibi victum compararet.

et paucis semper sint contenti.

Sed enim Missionario, priusquam ad apostolatum accedat, adhibenda st praeparatio diligens : quamquam quispiam dicat non esse tot rerum cientiam ei necessariam qui gentibus ab humanitate remotissimis sit Christum nuntiaturus. Nam, licet controversia esse non possit quin ad alutarem animorum conversionem plus virtutum ornamenta valeant uam litterarum, tamen si qui bono tamquam commeatu doctrinae non sit nstructus, multum sibi saepe sentiet deesse praesidii ad sancti ministerii ructum. Neque enim is raro et librorum copia caret et doctorum, quos onsulat, consuetudine, cum tamen respondere rogantibus, quidquid ontra fidem obiecerint, quaestionesque dissolvere, vel perdifficiles, debeat. Ad haec, quo is se eruditiorem ostendet, eo maior eius erit vulgo pinio, praesertim si in populo versabitur apud quem in honore et in retio sint studia doctrinae ; quo quidem in genere nimium sane dedeceret eritatis nuntios a ministris errorum superari. Itaque, dum alumni sacrorum quos Dominus advocet, ad apostolicas expeditiones rite instituentur, mnino eos in omnibus disciplinis, tum sacris tum profanis, quae Missionariis opus sint, erudiri oportebit. Id ipsum fieri, uti par est, in scholis Pontificii Collegii Urbaniani christiano nomini propagando, volumus : n quibus etiam proprium magisterium scientiae rerum quae ad Missiones ert nent, tradendae posthac esse iubemus.

In praeparatione ad ministeria missionum, caveant ne eruditionem sacram spernant,

quae et ad supplendum omnis auxilii penuriae et ad conciliandam aestimationem summopere est necessaria.

In iis vero quae Missionarius percepta et cognita habeat necesse est, raecipue est numerandus, ut apparet, sermo populi cuius se saluti devovebit. Nec enim contentus esse debebit levi quadam huius cognitione ermonis, sed tanta ut expedite atque emendate loqui possit. Siquidem mnibus, imperitis aeque ac doctis, debitor est, nec ignorat quam facile uis possit, bene loquendo, allicere ad benevolentiam animos multitudinis. Ac praesertim explicationem doctrinae christianae non catechistis ommittat diligens Missionarius, sed hanc provinciam, velut sibi propriam, atque adeo ut potissimam sui muneris partem, ipse retineat, qui non est aliam ob causam missus a Deo, nisi ut evangelium praedicaret. Eidem autem interdum continget ut, tamquam religionis sanctae nuntius t interpres, primoribus populi se sistere debeat, aut in coetus doctorum ominum invitetur : tum vero qua ratione is suam tuebitur dignitatem, i sermonis inscitia exprimere sua sensa prohibeatur ? — Nos igitur hoc psum attendimus nuper, cum, catholici nominis apud Orientales increnento et propagationi consulentes, peculiare in Urbe studiorum domicium instituimus, ubi qui apostolatum in iis regionibus obituri essent, nari scientesque linguarum morumque Orientis, ceterisque praesidiis nstructissimi evaderent. Quod quidem Institutum cum magnae opportuitatis Nobis videatur, hac utimur occasione ad exhortandos, quotquot unt, moderatores religiosarum familiarum, quibus Orientales Missiones

Curent praesertim ut linguam gentium optime calleant ;

sic enim etiam cum primoribus et doctis agere licebit.

Quem finem ipse R. P. in Orientali instituto condendo prosecutus est.

[1] I, *Tim.*, VI, 8.

sunt demandatae, ut suos alumnos, iisdem Missionibus destinatos, ea disciplina excolendos expoliendosque curent.

Prae omnibus tamen curandum eis est ut vitae sanctitate emineant,

At, qui se ad apostolicum munus recte accingit, unum necesse est ante omnia sibi comparet, utpote maximi momenti ac ponderis, videlicet, quod supra memoravimus, vitae sanctimoniam. Etenim homo Dei sit oportet, qui Deum praedicat ; oderit peccatum, qui odisse peccatum iubet. Maxime apud infideles, qui sensu potius quam rationibus ducuntur, multo plus proficitur fidem exemplis praedicando quam verbis. Esto igitur Missionarius omnibus mentis animique laudibus praeditus, omnibus doctrinis excultus, omni humanitate politus ; nisi haec cum morum innocentia cohaereant, parum aut nihil efficacitatis habebunt ad salutem populorum, immo plurimum et ipsi et ceteris obesse possunt.

ut omnibus exemplo sint omnium virtutum.

Sit ille igitur in exemplum humilis, oboediens, castus, sit praecipue pius, sanctaeque orationi ac perpetuae cum Deo coniunctioni deditus, sedulo apud eum causam agens animarum. Quanto enim fuerit Deo coniunctior, tanto plus ei divinae gratiae et adiumenti impertietur. Audiat autem Apostolum sic hortantem : *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam* [1]. Harum ope virtutum patens planusque in animos hominum est veritati aditus, quibusvis submotis impedimentis ; neque enim ulla est adeo contumax voluntas quae eis facile obsistat. Ergo Missionarius quidem ad similitudinem Iesu Domini flagret caritate, cum vel perditissimos ethnicorum numeret inter filios Dei, utpote eodem divini sanguinis pretio redemptos, non eorum vel i humanitate irritatur, vel morum perversitate percellitur, non eos despicit aut fastidit, non acerbe atque dure tractat, verum omnibus christianae benignitatis officiis studet allicere, ut ad complexum Christi, Pastoris Boni, aliquando perducat. In quo illud Scripturae Sanctae meditari consuevit : *O quam bonus, et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus ! Ideoque eos qui exerrant, paribus corripis : et de quibus peccant, admones et alloqueris, ut, relicta malitia, credant in te, Domine.... Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, et cum magna reverentia disponis nos* [2]. Quid vero est difficultatis aut molestiae aut discriminis, quod talem Iesu Christi legatum ab incoepto remoretur ? Nihil sane : nam, gratissimus in Deum qui se tam celso muneri destinavit, omnia quaecumque inciderint adversa et aspera ad tolerandum, labores, contumelias, inopiam, famem, mortem ipsam quamvis crudelem, magno complectitur animo, dum vel unam ex infernorum faucibus animam eripiat.

His enim, ac praesertim maxima caritate, quae « omnia sufferat, omnia sustineat », iuxta formam ab ipso X^o D^no datam, animas lucrifacient.

Omnem vero spem in solo Deo reponant, cuius solius est hoc tantum opus promovere.

Ita affectus animatusque, Christi Domini et Apostolorum exemplo, ad suum munus fungendum fidenter Missionarius aggrediatur : sed omnem fiduciae suae rationem in Deo collocabit. Divinum est hoc totum, ut diximus, christianam propagare sapientiam, cum solius Dei sit penetrare in animos, ut et mentes splendore veritatis illustret, et voluntates igniculis virtutum inflammet, et idoneas vires homini, ad sequendum efficiendumque id quod verum bonumque cognoverit, adiciat. Quare, nisi ministro elaboranti Dominus affuerit, is frustra contendet. Idem nihilo

---

[1] *Cotos.*, III, 12.
[2] *Sap.* XII, 1, 2, 18.

nus tamen strenue pergat pro instituto contendere, auxilio nimirum
tus divinae gratiae, quae numquam, eam roganti, defutura est. — Quo
co praetereundae silentio non sunt mulieres, quae iam inde a rei chris-
nae primordiis egregiam operam studiumque evangelii praeconibus
vare consueverunt. Ac dignae sunt quae praecipua cum laude hic com-
emorentur virgines illae Deo devotae, quae in sacris Missionibus
equentes versantur, puerorum educationi, pietatisque et beneficentiae
ultiplicibus institutis addictae ; volumusque haec suorum commendatio
eritorum illis ad bene de Ecclesia sancta merendum animos addat et
acritatem. Illae autem pro certo habeant tanto suam operam fore utilio-
m, quanto magis suae ipsarum perfectioni spiritus studuerint.

Mulieribus religiosis, quae in missionibus dilatandae fidei incumbunt, laudibus suis animos addere R. P. cupit.

Affari iam libet universos omnes, quicumque, magno Dei miserentis
unere, verae sunt Fidei compotes, et innumerabilia, quae inde manant,
neficia participant. Ac primum attendant oportet quam sancta teneantur
ge sacris ad infideles Missionibus opitulandi. Etenim *mandavit* (Deus)
icuique de proximo suo [1] ; quod mandatum eo quidem urget gravius,
o proximum premit maior necessitas. At vero quod genus hominum
agis fraternae opis indiget, quam infidelium, qui, cum Deum ignorent,
ecis effrenatisque cupiditatibus devincti, pessimam omnium, sub dia-
lo, serviunt servitutem? Quotquot igitur his illuminandis opem pro
ultate attulerint, praesertim Missionalium operam adiuvando, ii et
axima in re officii partes expleverint et grates Deo acceptissimum in
odum de Fidei beneficio persolverint.

Iam omnes fideles R. P. alloquitur.

Ipsi enim omnes officio opitulandi missionibus tenentur.

Iamvero triplicis generis sunt adiumenta quae Missionibus afferri pos-
nt, quaeque Missionales ipsi rogare non desinunt. Primum est, quod
idem cuique praestare licet, ut propitius eis Deus invocetur. Semel
rumque iam diximus inanem atque irritum, a Missionariis insumptum
orem fore, nisi eum divina gratia fecundarit, Paulo testante qui ait:
o plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit [2]. Huius autem
ntiae impetrandae una via est eaque in perseverantia humilium precum
nsistit, nam *de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo* [3],
it Dominus. Quae preces, si umquam alias, sane effectu carere non
sunt in hac causa, qua nulla praestantior, nulla gratior Deo est.
emadmodum igitur dum Israelitae cum Amalec praeliabantur, interea
yses in summo colle divinam eis opem sublatis manibus impetrabat,
Evangelii propagatoribus laboriose in vinea Domini se exercentibus
nes debent Christifideles sanctarum precationum ope suffragari. Cui
dem officio rite exsequendo cum proprie institutus sit *Apostolatus*
cationis qui dicitur, eum hic vehementer bonorum universitati com-
ndamus, optantes ut nemo se ab eius consortione abstineat, sed velint,
otquot sunt, apostolici laboris si non re at studio esse participes.

Quo, tribus praecipue adiumentis, fungi possunt.

Primum est constans ac fervens oratio.

« Apostolatus precationis commendatur. »

ecundo loco, Missionalium paucitati medendum est ; quae cum antea
exigua esset, summa iam facta est confecto bello, ut multae Dominici
partes a cultoribus vacent. In quo vestram praecipue, venerabiles
tres, advocatam desideramus diligentiam ; vosque rem facturi estis

Secundum est magnus animus in mittendis agri Dominici cultoribus ;

---

[1] *Eccli*, XVII, 12.
[2] *I Cor.*, III, 6.
[3] MATTH., XVIII, 19.

vestro religionis amore in primis dignam, si et in clero et in Seminario dioecesano apostolatus semina, quae quis forte sibi inesse ostenderit, studiose foveatis. Nec vos ulla species recti decipiat aut humana aliqua ratio permoveat, quasi, quod exteris Missionibus permiseritis, id de utilitate dioecesis vestrae detraxisse videamini. In locum enim unius quem dimiseritis foras, plures domi sacerdotes perutiles Deus vobis suscitabit. Qui vero Ordinibus Institutisve religiosorum praesunt exteras colentibus Missiones, oramus et obsecramus, ne ad tantum opus nisi sodalium lectissimos destinent, eos scilicet qui et vitae innocentia et devotionis ardore et animarum studio praestare videantur. Iidem autem cum Missionarios suos cognoverint in aliquo populo ab impura superstitione ad christianam sapientiam traducendo feliciter esse versatos, ecclesiamque ibi satis firme fundasse, eos, ut electos milites Christi, ad aliam gentem ex diaboli manibus eripiendam transferant, et quicquid ab illis iam quaesitum Christo sit, aliis, cultura promovendum in melius, haud invi relinquant. Quo pacto, opimam facientes tamquam messem animarum uberrima quoque suis Familiis divinae bonitatis munera acquirent.

quam caritatem Deus ipse, suscitando plures domi sacerdotes, remunerabitur.

Tertium sunt opes non tenues ad Missiones mittendae.

Denique opes et eae non ita tenues requiruntur ad Missiones tuenda maxime cum earum necessitates ex bello in immensum creverint. te scholis et nosocomiis et domibus hospitalibus et gratuitis rerum diribite riis aliisque sublatis exstinctis. Hic enimvero bonos omnes appellamu ut liberales pro facultatibus exsistant. Nam *Qui habuerit substantia huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauser viscera sua ab eo ; quomodo charitas Dei manet in eo* [1]? Ita quider Ioannes Apostolus, de illis loquens qui rerum externarum necessitat premantur. At quanto est sanctius observanda caritatis lex in hac causa cum agitur non solum ut inediae et inopiae ceterisque miseriis infinitae multitudinis subveniatur, sed etiam et in primis ut tam ingens animarum numerus e superbo Satanae dominatu in filiorum Dei libertatem vindicetur? Quare illa praesertim quae in sacrarum Missionum commodum sunt instituta, adiuvari catholicorum liberalitate cupimus. Primum est Opus quod appellatur a *Propagatione Fidei*, pluries iam a decessoribus Nostris dilaudatum ; ex quo ut vel maior fructuum optimorum ubertas exsistat in posterum, volumus sacrum Consilium christiano nomini propagando diligentissime curet. Maxime enim ex eo copiae suppetant oportet unde Missiones tum quae iam sunt conditae tum quae posthac condendae erunt, sustententur : confidimus autem non permissurum catholicum orbem ut, cum alii ad errores diffundendos abundent affluantque opibus nostri verum disseminantes cum inopia luctentur. Alterum, quod etiam vehementer omnibus commendamus est *Sanctae Infantiae* Opus, cuius est vigilare ut infidelium parvulis decedentibus baptismus ministretur : idque eo est commendabilius, quia pueri quoque nostri ipsum participare possunt, itaque, mature intellegentes quanti sit Fidei donum, suam operam ad illud cum aliis communicandum discunt conferre. Nec vero praetermittendum est *Opus Sancti Petri*, ut aiunt, quo educationi atque institutioni cleri indigenae Missionum consulitur. — Ad haec diligenter observari volumus quod est a decessore Nostro fel. rec. Leone XIII praescriptum

Magna igitur liberalitate faveant operibus « Propagationis fidei », « Sanctae Infantiae », « Sancti Petri ».

Quotannis in festo Epiphaniae sti-

[1] I, Io., III, 17.

in festo Epiphaniae Domini in omnibus orbis terrarum sacris aedibus ipes « pro redimendis captivis ex Africa » corrogentur, et quantum llectum erit pecuniae, ad S. Consilium Fidei Propagandae mittatur.

pes pro missionibus colligantur.

Sed quo certius uberiusque optata Nostra eveniant, debetis omnino, nerabiles Fratres, vestri cleri disciplinam peculiari quodam modo ad issiones dirigere. Vulgo enim fideles ad opitulandum hominibus apostocis inclinant et propendent ; vosque hac animorum propensione sapienr utamini, ut quam maximo Missionibus sit emolumento. Scitote igitur os cupere, in omnibus orbis catholici dioecesibus eam quam vocant *issionalem cleri consociationem* institui, quae in dicione sit Sacri onsilii christiano nomini propagando, cui quidem Sacro Consilio omnem m huius rei fecimus facultatem. Orta ea nuper in Italia, brevi in alias giones diffusa est ; Nostroque studio cum floreat, multis iam est a Nobis ntificalis indulgentiae muneribus ornata. Et merito ; nam eius instituto ericorum actio optime ordinatur, cum ad iniciendam christianis curam tot ethnicorum salute, tum ad opera ea cuiusvis generis provehenda, uae in Missionum utilitatem Apostolica haec Sedes iam probarit.

Omnes episcopi fidelium ac cleri mentes in Missiones convertant,

in eumque finem Missionali cleri consociationi, nuper institutae faveant.

Haec, venerabiles Fratres, de fidei catholicae toto orbe propagatione ribere ad vos habuimus. Iam vero, si suo quisque officio, uti par est, nnes satisfecerint, Missionarii foris, Christifideles domi, bona nitimur e, futurum ut, ex maximis belli vulneribus damnisque refectae, celeriter crae Missiones revirescant. Atque hic, tamquam hortante Nos, ut olim etrum, ea Domini voce : *duc in altum* [1], quanto urgemur paternae caritis ardore, ut innumerabiles, qui nunc sunt homines ad ipsius compleum adducamus. Etenim alitur vigetque semper Dei Spiritu Ecclesia ; c suo possunt effectu carere tot hominum apostolicorum studia qui ad m amplificandam laboraverunt adhuc et laborant. Horum autem exemis excitati, exsistent subinde plurimi, qui, bonorum et pietate et munientia suffragante, laetissimam parient Christo copiam animarum.

Quae adhortatio si, ut par est, excipiatur

sperandum est ut Missiones apud infideles mox floreant et prosperae fiant.

Faveat communibus votis Magna Dei Parens, Regina Apostolorum, vangelii praeconibus effusionem Sancti Spiritus conciliando ; cuius uspicem et benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles Fratres, clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter imertimus.

Auxilium B. M. V. imploratur

et conceditur apostolica benedictio.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxx novembris MCMXIX, ntificatus Nostri anno sexto.

Dies (30 nov. 1919).

BENEDICTUS Pp. XV.

Annotatio

De genuina ratione concipiendi et exsequendi apostolicas ud barbaros missiones peculiarem lucubrationem scripsius quae prodiit in Periodicis his t. VIII, p. (27)-(42). Plura uae ibi suadebamus nunc apostolica auctoritate esse firata non potuit non esse nobis gratissimum. O possint haec nnia ad lucem evangelii diffundendam contribuere !

[1] Luc., V. 4.

11. — SS. D. N. BENEDICTI Pp. XV

ACTA SUMMATIM RELATA

A. In *consistoriis* ordinariis, S. Pontifex cum omnibus Cardinalibus in Curia praesentibus de gravioribus consulit negotiis, provisiones curat ecclesiarum, etc. Allocutiones in A. A. S. publici iuris fiunt.

Consistorium 10 mart. 1919.

1. *Allocutio consistorialis*, 10 mart. 1919 (A. A. S. 12 mart. 1919, 11, 97).

In allocutione consistoriali, d. 10 mart. 1919, SS. D. N. postquam decessorum suorum sollicitudinem pro Ecclesia Orientali commemoravit, documenta suae ipsius erga eam benevolentiae dedit : institutam peculiarem coetum Cardinalium eius negotiis tractandis ; erectum Institutum pro Studiis orientalibus ; omnem adhibitam curam ut miseria populorum Orientis christiani sublevaretur. Anxium suum animum dixit de sorte Terrae Sanctae, in qua acatholici catholicorum fidem pertentant. Nuntiat provisione ecclesiarum finis allocutioni imponitur.

Consistorium 3 iul. 1919.

2. *Allocutio consistorialis*, 3 iul. 1919 (A. A. S. 4 iul. 1919, 11, 257).

R. Pontifex primum nuntiat confirmatam electionem R. D. Demetri Cadi, archiep. Aleppensis, in Patriarcham Antiochenum Graecorum Melchitarum. Dein, commemorata sollicitudine de deliberationibus Consilii Versaliensis circa missiones, ad provisionem ecclesiarum venit.

B. Epistolis suis S. Pontifex Pastores aut fideles laudat, hortatur, de officio commonet. Epistolas summatim referimus, quas novisse religiosos et missionarios interesse arbitramur.

Ad episcopos Peruvianos, 1 ian. 1919.

1. *Epistola 1 ian. 1919. ad episcopos regionis Peruvianae de tuenda ac roboranda fide* (A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 230-232).

Dolet R. Pontifex acatholicos omni astu in regione Peruviana fideles ad suos errores trahere, haud sine successu. Adhortatur episcopos ut cum clero omnem conatum adhibeant, zelum imitati beati Turibri, concivis, ut catechesi et verbi divini praedicatione, ac praesertim optima cleri in Seminariis educatione, haec pericula fidei avertant.

Ad R. P. Hinsley, Mod. Coll. Urb. Anglorum, 6 ian. 1919.

2. *Epistola 6 ian. 1919, ad R. P. A. Hinsley, Urbani Anglorum collegii moderatorem* (A. A. S. 1 febr. 1919, 11, 36).

R. Pontifex, saeculo exeunte a collegio restituto gratulatur, extollensque merita multorum virorum qui ex hoc collegio prodierunt, domum ob belli fata in egestate laborantem caritati fidelium ac praesertim episcoporum commendat.

Ad archiepiscopos Columbiae, 21 mart. 1919.

3. *Epistola 21 mart. 1919, ad archiepiscopos Columbiae de conventu Mariali* (A. A. S. 4 iul. 1919, 11, 265).

Dum archiepiscopis de proposito gratulatur, R. Pontifex hortatur ut curent ne conventus Marialis flore tantum, sed et uberrimos pietatis fructus producat.

Ad Card. Csernoch, 12 mart. 1919.

4. *Epistola 12 mart. 1919, ad Card. Csernoch, de rei religiosae conditione in Hungaria* (A. A. S. 1 apr. 1919, 11, 122).

In epistola ad Card. Csernoch, arch. Strigoniensem, d. 12 mart. 1919 datam, S. Pontifex omnes episcopos Austriae et Hungariae, hortatur ut inter turbatas res politicas iura Ecclesiae sarta tecta servare conentur. Dolorem fatetur de impiis quorundam sacerdotum conatibus ut a legibus

clesiae solvantur. Nihil autem de lege continentiae sacerdotalis remis-
m iri asserit. Ius Superiorum in administrandis bonis ecclesiasticis et
ssidendis vindicat.

5. *Epistola 10 apr. 1919, ad archiepiscopos et episcopos Stat. Foed.
ner. de episcoporum conventibus et de sacra aede B. M. V. Immaculatae
ashingtoniae dicanda* (A. A. S. 1 maii 1919, 11, 171). *Ad arch. et episc. Stat. Foed. Americae, 10 apr. 1919.*

S. Pontifex gratulatur episcopis quod decreverint 1° convenire singulis
nis de re catholica simul consulturi et constituerint duos episcoporum
etus, alterum ut de re sociali, alterum ut de recta puerorum iuvenumque
titutione quaestiones examinet de iisque ad omnes episcopos referat.
Praeterea merita et progressiones Universitatis Washingtoniae laudat.
ndem ad perficiendam in eadem Universitate Aedem B. M. V. Imma-
atae hortatur, cui ipse donum imaginis musivo opere confectae
nferet.

6. *Epistola 30 apr. 1919, ad R. P. Ioa. Benlloch y Vivó, arch. Burgen-
n, de collegio in usum Missionum exterarum Burgi instituto* (A. A. S. *Ad R. P. Benlloch y Vivo, 30 apr. 1919.*
ul. 1919, 11, 267).

SS. D. N. Benedictus XV archiepiscopum ob suum zelum laudans,
xime hortatur ut seminarium formandis missionariis ad barbaras gentes
ttendis in sua civitate condat et foveat.

7. *Epistola 1 maii 1919, ad Sorores Dominicanas Hiberniae ob exac-
n a condita familia secundum saeculum* (A. A. S. 4 iul. 1919, 11, 259). *Ad sorores Dominicanas Hiberniae, 1 maii 1919.*

S. Pontifex gratulatur sororibus Dominicanis, quae a duobus saeculis
blini, ab uno fere saeculo Cabrae praeclaras virtutes exercent, com-
morans quo zelo Cabrensis familia in pluribus orbis partibus domos
ıdiderit.

. *Epistola 17 iun. 1919, ad R. P. M. Parodi, congreg. Olivetanae
). Gen., DC anno exacto ab ea religiosa familia condita* (A. A. S. *Ad R. P. Parodi, O. S. B., 17 iun. 1919.*
ıg. 1911, 11, 307).

. Pontifex destinatario gratulatur ob sollemnia saecularia et indulgen-
ı plenariam semel lucrandam concedit visitantibus aedem coenobii,
festi saecularis.

ongregationem benedictinam Olivetanorum condidit B Bernardus
omei, † 1348, approbavit episcopus Arezzo a° 1319, Ioannes XXII
324.

*Epistola 29 iun. 1919, ad R. P. And. Fernandez, S. I., Praesidem
tificii instituti biblici Urbis de domo studiorum Hierosolymis ape-
da* (A. A. S. 1 aug. 1919, 11, 308). *Ad R. P. Fernandez, S. I., 29 iun. 1919.*

laetum dicit R. Pontifex quod in Palaestina domus studiorum erige-
in qua qui iam scientiis biblicis Romae in Instituto biblico studuerint,
ıtiae de re epigraphica, geographica, archaeologica perpoliendae
nt.

. *Epistola 29 iun. 1919, ad omnes episcopos Portugalliae, de rele-
a Ecclesia huius regionis* (A. A. S. 1 sept. 1919, 11, 380). *Ad episc. Portugalliae, 29 iun. 1919.*

Pontifex cum gaudio litteras accepit quibus res Ecclesiae Portugal-
melius se habere docetur. Duo praecipue commendat media restau-
ae huius Ecclesiae : optimam iuvenum clericornm institutionem et
ı prudentia et zelo plenum scriptorum operum. Paterne se provisu-
dicit, si leges quaedam Codicis difficultates pariant.

Ad R. P. Garagnani, S. I., 20 *iul.* 1919.

11. *Epistola 20 iul. 1919, ad R. P. Aug. Garagnani, S. I., de erigendo « Istituto di coltura filosofica e religiosa » apud Gregorianam Universitatem* (A. A. S. 1 sept. 1919, 11, 342).

Ao 1918, lectiones de religione speciales habitae sunt ad laicos in Universitate Gregoriana. S. Pontifex laetatur quod ob fructus etiam uberiores quam speraverat, consilium initum est condendi cursus praelectionum de philosophia et theologia, laicis destinatos.

Ad Card. Csernoch, 11 *sept.* 1919.

12. *Epistola 11 sept. 1919. ad Card, Csernoch, arch. Strigoniensem, de rebus hungaris* (A. A. S. 1 oct. 1919, 11, 378).

Condolet R. Pontifex iniuriis quas episcopi Hungari ab Ecclesiae hostibus passi sunt et simul gratulatur Pastoribus et populo de servata dignitate, constantia et fide.

Sermo Quadragesimalis, 3 *mart.* 1919.

C. *Sermo ad parochos et ad quadragesimales in Urbe concionatores* d. 3 mart. 1919 (A. A. S., 12 mart. 1919, 11, 111-118).

SS. D. N. alloquens parochos et quadragesimales concionatores verb S. Pauli ad Timotheum eis applicavit : « Tu autem, o homo Dei... etc. (1 Tim. VI, 11). Vere enim « homines Dei esse debent, sive respicia dotes praedicatoris verbi divini sive eius proprias actiones. Ut Christi enim, ita iste inter Deum et homines mediator esse debet et tamquai sacerdos pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum. Quomod huic Officio satisfaciet qui vere homo Dei non fuerit ?

D. *Litterae de dioecesibus erigendis, mutandis, etc.*

Novae dioeceses eriguntur per bullam, de consulto S. Congr. Consisto rialis, extra loca subiecta S. C. de Prop. Fide ; in locis huic subiectis ex eius voto eriguntur per litteras in forma Brevis.

Mutantur vero fines, per bullam, ex consilio earundem Congregationum

Dioec. Lungrensis, 13 *febr.* 1919.

1. Per bullam 13 febr. 1919, *constituitur* nova dioecesis, graeci ritus *Lungrensis* in Calabria. Eam constituent parocciae distractae archidioec Rossanensi, dioec. Bisinianensi, Cassanensi, Anglonensi et una ex dioec Pinnensi. Praeterea episcopus Lungrensis iurisdictione personali utetur in fideles ritus graeci qui in loco S. Cosmo, ex archid. Rossanensi, mixt cum latinis vivunt. Ecclesia S. Nicolai Myrensis, antea paroecialis, in cathedralem erigitur. (A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 222.)

Archid. Corcyrensis. Zacynthiensis et Cephaloniensis. 3 *iun.* 1919.

2. Litteris apost., 3 iun. 1919, *uniuntur* in unam archidioecesim metropolitana ecclesia *Corcyrensis* et sedes Zacynthiensis atque Cephaloniensis quae ab uno Metropolita Corcyrensi iam administrabantur. (A. A. S. 4 iul 1919, 11, 262.)

Archid. Maxiensis, Tinensis et Myconensis, 3 *iun.* 1919.

3. Litteris apost. 3 iun. 1919, sedes Tinensis et Myconensis ita metropolitanae ecclesiae *Naxiensi uniuntur* ut unam cum illa constituant (A. A. S. 4 iul. 1919, 11, 263).

Dioec. Patnensis, 10 *sept.* 1919.

4. Litteris apost. 10 sept. 1919, *constituitur* nova dioecesis *Patnensis* in septentrionali Indiarum Orientalium territorio. Sedes episcopalis in civitate Bankipur figetur. Nova dioecesis curae Patrum e Societate Iesu committitur et metropolitanae ecclesiae Calcuttensis erit suffraganea. Continet pristinam Praefecturam de Bettiah, regionem Nepal, orientalem plagam dioecesis Allahabadensis.

E. *Novi Vicariatus* eriguntur per litteras in forma Brevis, de consiliis

ard. negotiis Prop. Fidei praepositi, si de territorio eidem Congr. subcto agitur.

Vicariatus apost. Congi belgici in duos vicariatus dividitur, alterum Leopoldopolitanum », alterum « Novae Antverpiae », qui Congregationi Immaculato Corde Mariae (Scheut) concreduntur. (A. A. S. 2 iun. 919, 11, 228.)

Vicar. Congi belgici, 3 apr. 1919.

F. *Litterae de basilicis et ecclesiis.*

Solet S. Pontifex insignia Urbis et Orbis templa titulo et privilegiis asilicae minoris honestare. Gratia conceditur litteris in forma brevis uibus antiquitas, pretiosae memoriae, supellex, assiduitas cleri laudanr. Litterae dari consueverunt auditis Cardinalibus S. R. Congregationis aepositis. Una cum titulo confertur privilegium deferendi tintinnabulum conopaeum, cui ecclesiae stemma (non tamen auro vel argento ornam) addere licet. Itaque

Usus Pontificis.

1. *Basilicae minores declarantur :*

Brevi 3 ian. 1919, Celebre templum Deo in honorem B. M. V. *a Saxo* ectum in *Locarni* (dioec. Luganensis). (A. A. S. 1 mart. 1919, 11, 66).

Templum B. M. V. a Saxo.

Brevi 8 ian. 1919, Templum *S. Ursulae* et sociarum, in urbe *Bonaërensi*. . A. S. 1 mart. 1919, 11, 68.)

Templum S. Ursulae Bonaërense.

Brevi 28 mart. 1919, Ecclesia *Rhotomagensis* B. M. V. *a Bono Concursu*, tae sacello iam saec. XI erecto successit. (A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 220.)

Eccl. B. M. V. Rhotomagen.

Brevi 29 apr. 1919, Ecclesia Metropolitana *S. Iacobi maioris* in urbe *arianopoli* (Canada). (A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 229.)

Eccl. S. Iacobi marianop.

Brevi 25 iul. 1919, *Cathedralis* ecclesia *Derthusensis* (in Hispania), tiquitate, stylo gothico et ornamentis celebris. (A. A. S. 1 oct. 1919, , 371.)

Cathedr. Derthusen.

Brevi 26 aug. 1919, Sanctuarium *Eugubinum S. Ubaldi* ep. ad dignitan Basilicae minoris evehitur ; praeterea varia privilegia pro sollemnibus nuis vel omnibus sacerdotibus illuc peregre venientibus conceduntur. . A.. S. 1 oct. 1919, 11, 372.)

Templum S. Ubaldi Eugubinum.

Brevi 9 sept. 1919, Ecclesia *B. M. V. ad Nives*, in oppido *Cuglieri*,)ecesis Bosanensis. (A. A. S. 3 nov. 1919, 11, 409.)

Eccles. B. M. V., Cuglieri.

Templum *Parisiense « voti nationalis »*, SS. Cordi Iesu dicatum, silicae minoris titulo decoratur (27 sept.). (A. A. S. 3 nov. 1919, 11, 457.)

Templum SS. Cordis Parisien.

2. *Ecclesia paroecialis in collegiatam erigitur.*

Bulla 16 maii 1919, Benedictus XV concedit ut ecclesia S. Petri in hidioecesi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii (in Brasilia) ad dignitatem legiatae insignis evehatur, choro Capellanorum in capitulum canonirum mutato. Sexdecim erunt canonici, quorum quattuor sint Digni-es, Praeses sc., archipresbyter, Praepositus et capellanus magnus. duntur octo choralia beneficia seu mansionariatus. Prima vice, ab hiepiscopo Dignitates, officia et canonicatus conferentur ; in posterum gnitates S. Sedi reservabuntur. Omnes vero canonici et officiales post vitium 30 annorum indultum iubilaei impetrare poterunt. (A. A. S. ept. 1919, 11, 337.)

Collegiata insignis S. Petri (S. Sebastiani Flum. Ianuarii) 16 maii 1919.

3. *Litterae de abbatiis restituendis.*

.. Litteris apost. 10 dec. 1918, Abbatia *Altahae* inferioris, vulgo *Niedelaich* dicta, in Bavaria, quae a civili gubernio ao 1803 iniuste oppressa

Abbatia Altahae, 10 dec. 1919.

fuit, tamquam abbatia sui iuris restituitur. Committitur exsecutio Abbati Primati O. S. B. Nova communitas ex monachis coenobii Mettensis constituetur quibus post quinquiennium optio libera inter utramque abbatiam relinquetur. (A. A. S. 1 febr. 1719, 11, 33.)

Abbatia S. Iustinae, 22 iun. 1919.

2. Litteris apost. 22 iun. 1919, ecclesia *S. Iustinae Patavii* sita, in abbatiam benedictinam Congreg. Casinensis restituitur. Coenobium istud cuius iam saec. VII mentio fit, a° 1782 omnibus suis thesauris spoliatum, a monachis est ereptum. Nunc restituetur opera praesertim episcopi Patavini et parochi Panzoni. Nova familia religiosa pendebit, ad tempus, ab abbate S. Mariae Prataleae, in agro Patavino. (A. A. S. 1 oct. 1919, 11, 369.)

H. *Litterae de indulgentiis simul et privilegiis.*

Indulgentiae cum aliis privilegiis concessae per litteras in forma Brevis.

Consociatio Dominae N. a Salute, Parisiis.

1. Sodalibus consociationis *Dominae nostrae a Salute, Parisiis* canonice erectae, novae conceduntur (23 ian. 1919) indulgentiae plenariae. Sacerdotibus autem directoribus tribuuntur facultas annectendi coronis precatoriis indulgentias Cruciferorum ; aliis piis rebus indulgentias pagellae S. Paenitentiariae, et privilegium « altaris privilegiati » quoties pro defunctis sociis celebrant. (A. A. S. 12 mart. 1919, 11, 109.)

Templum S. Ubaldi Eugubinum.

2. Occasione consecrationis sanctuarii *Eugubini* S. Ubaldi, quod in Basilicam min. erigitur, d 25 aug. 1919 conceditur celebratio Missae media nocte per tres dies. Singulis annis, diebus 16ª maii, 11ª sept. et feria III post Pentecosten, dabitur benedictio apostolica cum plenaria indulgentia. (A. A. S. 1 oct. 1919, 11, 372.)

I. *Litterae de solis indulgentiis.*

Indulgentiae concessae per litteras in forma Brevis.

Aedes Lapurden.

1. Indulg. plenaria conceditur (20 ian. 1919) visitantibus Lourdensem Aedem vel ad eam peregrinantibus, anno 1919, ob sollemnia quibus sexagesimus annus ab apparitione B. M. V. celebratur. (A. A. S. 1 feb. 1919, 11, 37.)

Cathedr. Derthusien.

2. Indulg. plen. *toties quoties* conceditur (19 dec. 1918) visitantibus Cathedralem Derthusensem, prima dominica septembris, die festo titularis confraternitatis Dominae Nostrae a cingulo nuncupatae. (A. A. S. 1 mart. 1919, 11, 65.)

---

12. — S. CONGR. S. OFFICII

DECRETUM 4 IUL. 1919

De participatione catholicorum societati « ad procurandam christianitatis unitatem »

(A. A. S. 1 aug. 1919, 11, 309).

Negatur licere participationem

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito feria IV, 2 iulii 1919, proposito dubio : « Utrum instructiones huius

iusdem Supremae Sacrae Congregationis, latae die 16 septembris 1864, *in conventus « ad procurandam christianitatis unitatem ».*
irca participationem catholicorum cuidam societati Londini erectae
d *procurandam*, ut aiebant, *christianitatis unitatem*, applicandae sint,
t a fidelibus servandae etiam quod ad eorundem participationem con-
entibus quibuscumque, comitiisque publicis vel privatis ab acatho-
cis indictis, qui finem sibi praestituunt unionem procurandi omnium
oetuum christianorum nomen sibi vindicantium » ; Emi ac Rmi Dni
dinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales responden-
n mandarunt : « *Affirmative*, et iterum evulgandas esse in ephemeride
fficiali Sanctae Sedis supra memoratas litteras, una cum aliis ad
uosdam Puseistas anglicos datis, die 8 novembris 1865 ».
Smus D. N. D. Benedictus Div. Prov. Papa XV sequenti feria V, die
usdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O.
ertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbare et confir-
e dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.
atum Romae, ex aedibus S. Officii, die 4 iulii 1919. *Dies (4 iul. 1919).*

Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. Off. Notarius.*

Annotationes [1]

nno 1910, conventus ecclesiae episcopalis americanae
itus est, in quo consilium captum est convocandi coetum
ndatariorum omnium ecclesiarum christianarum ut provi-
ent maiori inter omnes unioni. Quam unionem minus ex
llectus illuminatione quam ex caritatis igne sperandam
uaerandam esse aiebant.
onsilia in libello latino exposita sunt cui titulus :
unione ecclesiarum ac totius christianitatis societatis
ressu (vulgo « The World Conference »), *pro quaestio-*
s ad fidem ordinemque ecclesiae spectantibus rite explo-
lis et perpendendis. Secretarius concilii huius ad Em.
l. Gasparri, d. 2 nov. 1914 scripsit ut S. Pontifex
amina haec precibus suis sustineret. Quod se facturum
EDICTUS XV respondit ; immo litteris in forma Brevis
anorum Pontificum, d. 25 febr. 1916 (*A. A. S.* IX (1917),
1. *Per*. VIII, p. 135, n. 62, Tt) preces quasdam pro
ne in Ecclesia instauranda indulgentiis auxit.
ri quidam a coetu americano deputati a S. Pontifice,
se maio 1919, magna benevolentia recepti sunt. Num-
n tamen supremus Ecclesiae catholicae Pastor spem
fore ut mandatarii sui vel alii viri catholici in coetu illo
nione dissererent, cuius fundamentum non esset unitas
et *regiminis*.

---

[1] Batiffol, Mgr, *Une campagne américaine pour l'union des églises*, *Corres-*
t, 10 juin 1919, p. 769. — Compendio in : *Rev. prat. Apolog.* juillet 1919,
-ss. — Idem, *Le Pape et la « Conférence universelle »*, in *Les nouvelles religieu-*
(1920), p. 210. — *Civiltà catt.*, 1918 (I), p. 108 — 1919 (III), p. 196 — (IV), p. 289. —
ath. Stemmen, 1920, p. 105.

Timendum vere est ne, ex participatione in huius
concilio, catholici quorum minus firma aut docta fides s
acatholici plurimi in sententiam nimis late sparsam r
deveniant, dogmata valorem practicum tantum, at
essentialem ad salutem habere. 1. C., s

---

13. — S. CONGR. S. OFFICII

RESPONSUM 18 IUL. 1919

De theosophismo

(A. A. S. 1 aug. 1919, 11, 317).

Feria IV die 16 iulli 1919

Dubium. In plenario conventu habito ab Emis ac Rmis Dominis Cardinal
rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito
« An doctrinae, quas hodie theosophicas dicunt, componi possi
« doctrina catholica ; ideoque an liceat nomen dare societatibus
« phicis, earum conventibus interesse, ipsarumque libros, ephem
« diaria, scripta legere ».

Responsum. Iidem Emi ac Rmi Domini, praehabito DD. Consultorum voto, r
dendum decreverunt : *Negative in omnibus.*

Et feria V die 17 eiusdem mensis, Ssmus D. N. D. Benedictus Div.
Pp. XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, r
sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit et publicari mandavit.

Dies (18 iul. 1919). Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 18 iulii 1919.

A. Castellano, *Supremae S. C. S. Off. No*

Annotationes

Duae sunt hodie doctrinae theosophicae, quae comm
quasdam sententias habent. Utraque enim admittit, p
mundum nostrum sensibilem, qui vana specie nos de
alterum esse spiritualem, verum, divinum, sensibili in
tum. Inquirendum est quo modo aliquid entis divini m
contineri possit et ab ea iterum liberari. Medium libe
acquirendae pauci magistri illuminati percipiunt, quod se
discipulis tradere conantur. Reliqui homines in rudi igno
vitam terunt.

Ab anno 1913, societas theosophica in duas sectas i
cas divisa est, quarum altera indicis fontibus, altera g
et aegypticis potius nititur.

Dux scholae indicae est Domina Annie Besant qu
Adyar (India anglica) residet ; scholae vero cui magis
in Europa favent, dux est R. Steiner.

Utrique communis est pantheismus, iuxta quem mundus ensibilis a deo emanatione quadam est productus.

Vario tamen modo explicant naturam entis divini quod mnibus speciebus subiacet et modum quo homines ad illud rincipium spirituale redire possint.

Etsi christiani, immo catholici non nulli, theosophicis sectis omen dederunt, quin sibi sua religio deserenda videretur, octrinae illae cum christianismo, nullo pacto consentire ossunt. Deo enim personali et creatori ens divinum oppo- unt non personale, quocum omnia entia sensibilia aliqua- nus communicant, vera essentiae emanatione. Evangeliis nnem fidem detrectant. Christus vero, vel unquam fuisse egatur vel perfectiore communicatione cum ente supremo : divino aliis hominibus, ut Buddha, Moïse, aliisque, raestare dicitur.

Qui doctrinas vel sectas theosophicas magis nosse cupit, gat L. DE GRANDMAISON, *La nouvelle théosophie* (1875- 20) [1], qui praecipuos libros de hac re indicat. — Adiri pos- nt quoque : *Dictionnaire d'Apologétique* (d'Alès), vv. *Con- ulsionnaires* (Mgr Waffelaert) ; *Jésus-Christ* (L. de Grand- aison), nn. 147-160; 295 ss.; *Magie et Magisme* (L. Bouvier, i.) ; *Miracle* (De Tonquédec, s. i.). — *Monisme* Mallebrancq, s. i.) ; *Mysticisme* (Roure, s. i.) ; *Occultisme* 'an der Elst). — *La théosophie.* Décret et commentaire. *ev. prat. Apol.* 1er oct. 1919. — *Ouvrages sur le spiritisme,* id. 15 juin 1919. — ZIMMERMANN, s. i. *Stimmen aus* . *Laach,* 1910, II, p. 387, ss., 479, ss. I. C., s. i.

14. — S. CONGR. S. OFFICII

DECRETA SUMMATIM RELATA

Opera damnata.

A. Decreto 27 nov. 1918, sequentes libri in indicem libro.um prohibito- m inserti sunt :

1. ERNESTO BONAIUTI, *La genesi della dottrina agostiniana intorno al cato originale.* Roma, Tipographia del Senato d. Giovanni Bardi, 1916.

2. ERNESTO BONAIUTI, *Sant' Agostino.* A. F. Formiggini, Editore in ma, 1917. (A. A. S. 2 ian. 1919, 11, 5).

Submissio scriptoris.

B. Scriptor supra damnatus laudabiliter se subiecit et opera reprobavit. A. S., 1 mart. 1919, 11, 72).

[1] Collection *Studia Pacis.* Paris, 1920. 1 fr. 25.

15. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

DECLARATIO 21 DEC. 1918

Circa decretum *Redeuntibus* [1]

(A. A. S. 2 ian 1919, 11, 6).

Dubium de reducibus a militia cum « licentia indefinita ».

Essendo stato sollevato il dubbio, se i chierici reduci dalla milizia c *licenza illimitata* siano tenuti a presentarsi ai loro Ordinari, al pari quelli che avessero ottenuto il *congedo assoluto*, ed a fare gli esere spirituali entro il tempo fissato, sotto le penalità stabilite nel decre *Redeuntibus*, la S. Congregazione ha risposto : *Affermativamente*. Ed Santo Padre ha confermato la risoluzione, ordinando che, nel pubb carla, si aggiungesse : 1) che coloro i quali, dimessi con licenza illimita non si fossero presentati, credendo non esservi tenuti, per motivo questa buona fede non debbono ritenersi caduti nella censura, 2) c in ogni caso gli Ordinari si guardino dal rimettere nell'esercizio de cura di anime i reduci dalla milizia, prima che i medesimi con il prescri ritiro non abbiano rinnovato il loro spirito.

Dies (21 dec. 1918).

Dato dalla Segreteria della S. Congregazione Concistoriale, il 21 cembre 1918.

G. Card. De Lai, Vesc. di Sabina, *Segretario.*
V. Sardi, Arciv. tit. di Cesarea, Assessore.

Annotationes

Vis huius declarationis una cum commentario decreti *Per.* IX, p. 129 iam proponitur.

---

16. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

DECRETUM 30 DEC. 1918

De clericis in certas quasdam regiones demigrantibu

(A. A. S. 1 febr. 1919, 11, 39).

Receptio clericorum ex dissitis

Magni semper negotii fuit clericorum receptio ex dissitis vel tran marinis locis provenientium : talibus in adiunctis deceptiones et fraud

[1] Declaratio latine sic verti potest :

Cum dubium motum sit num clerici e militia reduces cum « licentia illimitata debeant se suis Ordinariis sistere, haud secus ac illi qui omnino a servitio liberantu et exercitia spiritualia intra tempus definitum facere, sub poenis in decreto *Redeunt bus* statutis, S. Congregatio respondit : *Affirmative*. S. Pontifex responsum confi mavit iussitque ut in eius publicatione, haec adderentur : 1) qui, dimissi cum licent illimitata, non se praesentaverint, opinantes se non obligari, ob bonam fidem nc habendi sunt ac si censuram incurrissent ; 2) Ordinarii in omni casu caveant ne a exercitium curae animarum remittant reduces e militia, priusquam illi in praescrip sacro secessu spiritum renovaverint.

Datum e Secretaria S. Congr. Consistorialis, d. 21 dec. 1918.

facile occurrunt, easque detegere in tanta locorum distantia ac sermonum diversitate diutini laboris est ac difficile. Unde Alexander III in consultatione ad Episcopum Cenomanensem, *statuta Patrum veterum*[1] renovans, de clericis in remotis regionibus ordinatis, itemque de transmarinis statuit « ut ad minus quinque Episcoporum super ordinatione sua testi- « monio muniantur ». Quae lex, relata in Decretalibus, tit. 22, lib. I, ius commune per plura saecula constituit.

regionibus cum semper leges severas exegit,

Nostra autem aetate, itineribus trans Oceanum communioribus et frequentioribus factis, novae leges pro receptione clericorum ex Europa ad ea loca migrantium latae sunt, et ultima vice per decretum *Ethnographica studia*, quibus plura iuxta temporis adiuncta fuerunt disposita ; quae ubi accurate observata fuere, valde in animarum bonum profuisse exploratum est.

tum praesertim hodie novis legibus fuit regenda.

Attamen, interea temporis, experientia docuit aliquid in hac re ulterius addi opportere aliaque temperari, ut salutarium priorum decretorum finis plenius ac facilius attingi queat.

Novas determinationes suadent experientia

Accessit publicatio Codicis canonici iuris, cui, quantum fas erat, coordinari oportebat peculiaris haec lex de clericis trans Oceanum migrantibus.

et publicatio Codicis.

Habita idcirco ratione votorum plurium Americae Antistitum, perpensisque quae a Nuntiis et Apostolicis Delegatis relata fuerunt, E^mi^ S. huius Congregationis Patres, postquam de mandato SS^mi^ D. N. Benedicti XV omnia diligenti examini subiecere, haec statuenda censuerunt.

Caput I.

Integra lege Sacrarum Congregationum de Propaganda Fide et pro negotiis Orientalis Ritus circa sacerdotum huius ritus migrationem, quoad alios haec in posterum observanda erunt :

1. Pro sacerdotibus ad longum vel indefinitum tempus aut in perpetuum ex Europa vel ex Mediterranei oris ad Americam vel ad insulas Philippinas migraturis, fas esto Episcopis, non vero Vicariis Generalibus aut Capitularibus, litteras dimissoriales concedere, hisce tamen servatis conditionibus :

Facultas concedendi litteras dimissoriales Episcopo reservatur, additis conditionibus,

a) ut agatur de sacerdotibus cleri saecularis ex canonico titulo sibi propriis ;

tituli canonici,

b) ut hi post ordinationem suam saltem per aliquot annos dioecesi deserverint ;

servitii dioecesis,

c) et intra hoc tempus, sicut antea in Seminario, intemeratae vitae certum argumentum praestiterint, et sufficienti scientia sint instructi, adeo ut solidam spem praebeant aedificandi verbo et exemplo populos ad quos transire postulant, et sacerdotalem dignitatem numquam a se maculatum iri, prout iterato praecedentibus decretis Apostolica Sedes praescripsit ;

probatae honestatis,

d) dummodo ad migrandum iustam habeant causam, e. g. desiderium se addicendi spirituali adsistentiae suorum concivium vel aliorum illic commorantium, necessitatem valetudinis curandae, vel aliud simile motivum, coherenter ad ea quae canon 116 Codicis in casu excardinationis requirit ;

iustae ad demigrandum causae,

[1] Conciliorum scilicet Carthaginensis I, Chalcedonensis et Antiocheni, nec non et S. Augustini (cfr. *Decr. Gratiani*, dist. I, cap. V).

conventionis immediate inter episcopum dimittentem et recepturum initae,

e) sub lege, *quae sub gravi ab utroque Ordinario servanda erit*, ut Episcopus dimittens, antequam licentiam ac discessoriales litteras concedat, directe pertractet cum Episcopo *ad quem*, illumque de sacerdotis aetate, vita, moribus, studiis et migrandi motivis doceat, ab eoque requirat, an dispositus sit ad illum acceptandum et ad aliquod ecclesiasticum ministerium eidem tribuendum, quod in simplici missae celebratione consistere non debet, quoties migrans sacerdos aetate iuvenili et integris viribus polleat; neque licentiam et discessoriales litteras sacerdoti antea concedat quam responsionem ad utrumque affirmativam assecutus sit;

iustae causae receptionis in nova dioecesi.

f) Episcopus autem *ad quem* exhibitum sacerdotem non acceptet, nisi necessitas aut utilitas Ecclesiae id exigat vel suadeat, aut alia iusta et rationabilis causa intercedat.

Forma discessorialium.

2. Discessoriales litterae non communi sed specifica forma conficiendae erunt, hoc est, exprimere debebunt consensum sive temporaneum, sive perpetuum vel ad beneplacitum Episcopi dimittentis, acceptationem Episcopi *ad quem*, et notas sacerdotis individuas, aetatis scilicet, originis, aliasque, quibus persona describatur, adeo ut nemo circa eius *identitatem* decipi possit: aliter autem confectae litterae nihil valeant et nullae habeantur.

Officium Ordinariorum Italiae,

3. Firma manet praescriptio in decreto *Ethnografica studia* statuta, qua Italiae Ordinarii relevantur ab onere dimissoriales litteras, de quibus in superiori articulo sermo est, conficiendi; sed peractis iis quae sub n. 1 statuta sunt, rem deferent ad Sacram hanc Congregationem, quae licentiam scripto dabit cum utroque Ordinario communicandam.

Hispaniae et Lusitaniae.

4. Idem statuitur pro Episcopis Hispaniae et Lusitaniae, hac una differentia, quod onus licentiam concedendi attribuitur et reservatur Apostolicae Sedis apud eas nationes Legato.

Quid si quis litteris caret aut pollet?

5. Qui hisce litteris vel licentia carent, ad sacri ministerii exercitium admitti nequibunt: qui vero iis pollent, admittentur etiam in locis transitus, nisi peculiaris aliqua extraordinaria ratio obsistat, si ibidem infirmitatis aut alia iusta causa commorari parumper coacti fuerint.

Incardinatio in America licita.

6. Hisce servatis normis aliisque quae in tit. I, lib. II Codicis statutae sunt, sacerdotes ex Europae dioecesibus dimissi, in Americae et insularum Philippinarum dioecesibus, utroque Ordinario consentiente, incardinari etiam poterunt.

Demigratio horum sacerdotum ex una in aliam dioecesim Americae.

7. Sacerdotes ex Europae dioecesibus dimissi ex una in aliam Americae et insularum Philippinarum dioecesim transire poterunt, Episcopo *a quo* discedere desiderant et Episcopo *ad quem* pergere optant consentientibus, servatis in substantialibus normis sub nn. I et II positis, et docto quamprimum Ordinario sacerdotis proprio, vel, si agatur de sacerdotibus Italis, Hispanis et Lusitanis, S. Sedis officio a quo prima demigrandi licentia promanavit. Obligatio autem docendi Ordinarium sacerdotis proprium vel S. Sedis officium spectabit ad Episcopum qui sacerdotem in sua nova demigratione recipit.

Hi sacerdotes in aedibus ecclesiasticis commorentur.

8. Curae et sollicitudini Ordinariorum Americae et insularum Philippinarum enixe commendatur ut provideant quo emigrati sacerdotes in domibus privatis vel in diversoriis, sive publicis hospitiis, non commorentur, sed in aedibus ecclesiasticis ad rem instructis vel instruendis, aut penes aliquem parochum vel religiosos viros. Quod si absque legitima

usa parere recusent, eos post factam monitionem peremptoriam a issae celebratione interdicant.

9. Religiosi, dum in sua religione perseverant, trans Oceanum ad alias ae religionis domus mitti a suis superioribus valebunt, hac una lege rvata, super cuius observantia superiorum conscientia graviter oneratur, agatur de religiosis qui sint intemeratae vitae, bonae exploratae que ocationis et studiis ecclesiasticis bene instructi; adeo ut retineri tuto ossit, in bonum animarum et aedificationem fidelium eorum missionem se cessuram.

Religiosi a Superioribus mittuntur;

10. Religiosi exclaustrati, pro tempore quo extra conventum morantur, religiosi saecularizati eadem tenentur lege ac clerici saeculares.

exclaustrati et saecularizati saecularibus assimulantur.

Caput II.

11. Clerici saeculares, qui ex Europa vel ex Mediterranei oris in nericam vel in insulas Philippinas ad breve tempus, *semestre* non cedens, pergere cupiunt, acceptatione non indigent Ordinarii illius ci, vel illorum locorum ad quae proficiscuntur, prout pro diuturna l stabili commoratione requiritur.

Iter semestre in Americam

12. Sed debent:

a) iustam honestamve causam itineris suscipiendi habere, eamque dinario suo patefacere, ut discessorias litteras ab eo impetrare valeant;

requirit tantum honestam causam;

b) muniri discessorialibus litteris Ordinarii sui, non in forma communi, i in forma specifica, cohaerenter ad ea quae superiori num. 2 praeipta sunt, causa temporanei itineris et spatio temporis in indulto licatis;

litteras discessoriales speciales;

c) reportare S. Sedis beneplacitum, quod dandum erit vel ab hac Congregatione, vel ab Apostolicae Sedis Legatis, in locis ubi hi adsint; i urgens aliqua causa discessum absque mora exigat: quo in casu in eris discessorialibus id erit exprimendum;

beneplacitum S. Sedis;

d) in quolibet casu instrui sufficienti pecuniae summa nedum pro iere decenter suscipiendo, sed etiam pro regressu: ad quem finem dinarius cavere debet, ut summa ad revertendum necessaria deponatur ies aliquam nummulariam mensam, aut alio modo tuta sit, ne ulla ersioni obstet pecuniae difficultas.

paratam pro toto itinere pecuniae summam.

13. Religiosi exclaustrati, durante exclaustrationis tempore, et religiosi cularizati hac ipsa lege tenentur.

14. Expirato spatio temporanei indulti, si quis ex infirmitate aut alia a vel necessaria causa redire non valeat, Ordinarius loci licentiam rogare poterit, docto tamen statim Ordinario sacerdotis proprio et Sedis officio, a quo beneplacitum discessus datum fuit.

Quid si iter est protrahendum?

Caput III.

15. Leges de sacerdotibus migrantibus latae eos quoque attingant erdotes, qui, aut in itinere transmarino aut in exteris commorationis s, Europa minime excepta, agricolis aliisque operariis demigrantibus m praestant ministerium, sive curam hanc sponte sua suscipiant, ad hoc assumantur officium ab aliquo ex iis *Operibus*, quae in rantium commodum providenter hac nostra aetate instituta sunt.

His legibus tenentur quoque sacerdotes operariis demigrantibus addicti.

Poenae latae contra violatores decreti.

16. Sacerdotes qui, his legibus non servatis, temere arroganterque demigraverint, suspensi a divinis ipso facto maneant: qui nihilominus sacris (quod Deus avertat) operari audeant, in irregularitatem incidant a quibus poenis absolvi non possint nisi a Sacra hac Congregatione.

***

Approbatio S. Pontificis.

SSmus autem D. N. Benedictus Pp. XV resolutiones Emorum Patrum ratas habuit et confirmavit, easque publici iuris fieri iussit et ab omnibus ad quos spectat ad unguem ex conscientia servari, ceteris praescriptionibus quae in decreto *Ethnografica studia* continentur cessantibus, et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Dies (30 dec. 1918).

Datum Romae ex S. C. Consistoriali, die 30 decembris 1918.

C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secretarius.*
V. Sardi, Archiep. Caesarien., Assessor.

Annotationes

I. Decreto isto, ut constat ex verbis in fine decreti appositis, abrogatur et suppletur decretum *Ehnographica studia* eiusdem S. C. *Consistorialis* 25 mart. 1914, quod habetur in *Per.* VIII, p. 19 ss.

In introductione opportunitas condendi novum decretum de argumento quod iam a multo tempore S. Romanam Ecclesiam sollicitam tenuit, demonstratur: experientia doceri non nulla in superioribus decretis esse temperanda et complenda, normarum novi Codicis rationem nunc habendam esse.

II. Decretum autem *dividitur* in tria capita, quorum primum agit de sacerdotibus qui ad longum vel indefinitum tempus vel etiam in perpetuum migrant; alterum de iis qui non ultra semestre tempus in America vel insulis Philippinis commorari cogitant; tertium vero speciale est de sacerdotibus qui migrantibus operariis etiam in Europa operam praestant.

Ipsa hac divisione docemur longum tempus intellegendum esse tempus *commorationis* quod ultra sex menses protrahatur.

Praesenti porro decreto, nullo modo attinguntur sacerdotes *ritus orientalis*.

Et, in duobus prioribus capitibus, soli attinguntur sacerdotes qui vel ex tota Europa vel ex asiaticis et africanis Mediterranei oris (Syria, Arabia, Algeria, Tunisia) migrare vel iter facere velint in Americam aut insulas Philippinas. America autem intellegenda est septemtrionalis, centralis aut meridionalis.

Caput I. **De vere migrantibus**

III. Leges licitae sacerdotum migrationis in dictas partes sic summatim proponi possunt.

1. Facultatem facere possunt soli *episcopi*, exclusis Vicariis generalibus aut capitularibus ; non tamen, ut videtur, iis qui proprii sunt Ordinarii praepositi quasi-dioecesi : Praelati *nullius*, Vicarii et Praefecti Apostolici.

2. Facultas dari licite potest solis sacerdotibus probatae virtutis et sufficientis scientiae, Americam aut insulas Philippinas, propter iustam causam, maxime apostolicae rationis, appetentibus, qui iam per aliquot annos (ut minimum igitur duos) dioecesi servierint et ex canonico titulo sint proprii subditi. Canonicus titulus erit titulus ordinationis vel incardinationis, ita ut simplex domicilium vel quasi-domicilium non sufficiant.

3. Episcopus *dimittens* prius episcopum *ad quem* de persona instruere debet quae migrare velit ; atque ab eo certior fieri ipsum paratum esse illum acceptare eiusque opera uti ad ministerium ecclesiasticum quod, quando agitur de sacerdotibus validis iuvenilis aetatis, non in sola celebratione missae consistat.

Inde sequitur destinationem non posse esse Americam in genere, sed talem definitam Americae dioecesim eligendam esse.

Episcopus *ad quem*, sacerdotem acceptare non debet nisi ob iustam et rationabilem causam : maxime ob necessitatem vel utilitatem propriae ecclesiae.

Alia iusta causa possit esse valetudo proficiscentis, vel vexatio cui in Europa exponeretur.

Condiciones implendae in danda facultate hoc n. 3 memoratae utrumque episcopum sub gravi obligant. Implendae autem sunt non solum ab episcopis qui facultatem dare possunt expeditam, sed etiam ab iis quorum licentia confirmationem officii Apostolici exigit, ut statim dicetur.

IV. His impletis condicionibus, proficiscentes muniendi sunt litteris *discessorialibus* quae distincte referant utriusque episcopi consensum, addita indicatione spatii temporis ad quod licentia datur, et notas individuantes sacerdotis migrantis : aliter datae litterae valore destituuntur.

V. Nec Italiae nec Hispaniae aut Lusitaniae episcopi has litteras discessoriales dare permittuntur, sed, omnibus peractis quae supra indicata sunt, Ordinarii Italiae referre debent ad S. Congr. *Consistorialem ;* Ordinarii Hispaniae aut Lusitaniae ad Legatum Apostolicum apud istas nationes : qui litteras discessoriales dabunt.

VI. Sacerdotes vel litteris vel licentia carentes, ad s. ministerium exercendum admitti nequeunt. Contra, qui eas habent, etiam ad sacra exercenda admittentur in locis transitus, si ibi, per accidens, aliquam moram facere debeant.

VII. Sic migrantes poterunt, servatis servandis, incardi-

nari in dioecesim ad quam profecti sunt. Poterunt quoque, servatis substantialiter iisdem regulis ac pro migratione, ab una ad aliam dioecesim transire; sed ab episcopo illos admittente, quam primum monendus erit vel Ordinarius vel officium Apostolicum qui litteras discessoriales dederunt.

VIII. Ordinarii Americae vel insularum Philippinarum providere debent ne migrantes cogantur in domibus privatis vel in hospitiis publicis residere, sed ipsis domum religiosam vel parochialem vel specialem ipsis indicare, immo assignare, ita ut reluctantes sine iusta causa poena interdicti puniant.

IX. De *religiosis* vero quos Superiores ad domum trans Oceanum mittant, nihil speciale statuitur, nisi ipsos esse debere probatae vitae, vocationis et sufficientis scientiae ut utilem operam ibi navare possint.

Exclaustrati vero et *saecularizati* lege saecularium in hac re tenentur.

Non raro eveniet ut isti nullum episcopum proprium habeant, saltem canonico titulo qui necessarius est. Restat tunc ut ipsi ad S. Sedem recurrant.

Quaeres quid *in hoc capite*, de iure superiori sit demptum; quid eidem sit additum.

Superiore decreto litterae discessoriales S. Sedis pro solis Italis requirebantur, dum nunc Legatus Apostolicus easdem dare debet Hispanis et Lusitanis.

Omnes autem sacerdotes ritus latini superiore decreto obligabantur, etiam ii qui ex America tendebant ad insulas Philippinas.

Denique pro migratione in insulas Philippinas semper requirebatur licentia S. Congr. *Consistorialis*, exceptis tamen Americanis Americae Septemtrionalis, qui licentiam a Delegato Apostolico petere debebant.

Caput II. **De discessu ad breve tempus**

Cum agitur de iis qui non ultra semestre tempus in America vel insulis Philippinis *commorari* cupiunt, opus non est consensu episcopi ad *quem*; et videntur licentiam obtinere posse ab episcopo domicilii vel quasi-domicilii, et sufficere facultatem a Vicario capitulari vel generali.

Sed, praeter iustam causam, habere debent litteras discessoriales in forma specifica (supra descripta) ab Ordinario proprio concessas, quae causam itineris et spatium commorationis concessum enuntient. Deinde obtinere debent S. Sedis beneplacitum, quod vel S. Congregatio *Consistorialis* vel Legatus Apostolicus, in regionibus ubi est, dare possunt. Propter urgentem tamen causam, in litteris exprimendam, discessus fieri poterit sine isto beneplacito. Abeuntes mu-

niendi sunt sufficienti pecunia non tantum pro itinere sed etiam pro reditu ; utque id in tuto sit, episcopus seu Ordinarius qui discessum permittit, cavere debet.

Religiosi exclaustrati et saecularizati saecularibus in hac re assimulantur.

Ei denique quem iusta causa reditu intra tempus assignatum prohibuerit, *Ordinarius loci* facultatem prorogare potest, monito tamen statim Ordinario proprio et officio S. Sedis quod licentiam ratam habuit.

Quaeres rursus quid intersit inter praesens ius et superius, abrogatum. Licentia regulariter ad quattuor tantum menses danda erat ; adventus sacerdotis, secretis litteris, renuntiandus erat Ordinario loci *ad quem*, ita ut etiam ad breve tempus licentia itineris per Americam indefinite dari non posset ; difficilius autem facultas differendi regressum concedebatur. Denique sacerdotes Itali, iique soli debebant prius veniam discessus a S. Congr. Consistoriali impetrare.

Caput III. **De adiutoribus migrantium**

Iisdem legibus astringuntur sacerdotes qui aut in itinere transmarino aut in exteris commorationis locis, Europa minime excepta, agricolis aliisque operariis demigrantibus operam praestant, sive hanc curam sponte sua suscipiant, sive ad eandem assumpti sint ab aliqua consociatione seu « Opere » in commodum migrantium instituto.

Itaque, cum nunc dispositio ista in speciali capite ponatur, iam non possumus eam circumscribere iis sacerdotibus qui ad longum tempus in exteram regionem migrare volunt. Non iam valet itaque exceptio quam fecimus *Per.* VIII, p. 22, n. 5.

Indigebunt igitur discessorialibus litteris in forma specifica, sufficiente pecunia etiam pro reditu (si non ultra sex menses abituri sint) et, pro vario casu, secundum ea quae supra dicta sunt, vel consensu episcopi *ad quem* vel beneplacito Apostolico.

Sanctiones

Sacerdotes qui, his legibus non servatis, i. e. sine licentia et litteris discessorialibus, temere arroganterque demigraverint : qui proin conscii sint sui delicti, vel saltem affectata ignorantia laborant, ipso facto suspensi sunt a divinis. Qua suspensione contempta, fient irregulares ; suspensio ista et irregularitas quae eam consequitur, sunt simpliciter reservatae S. Sedi.

In decreto quidem occurrunt verba insolita. Sermo fit de absolutione a poenis, dum proprie una sola poena lata est, i. e. suspensio, nec irregularitas absolvitur sed dispensatione tollitur. Praeterea, poenae dicuntur a sola Congregatione

Consistoriali absolvi posse. Verum cum, ex c. 7 nomine S. Sedis veniant quoque S. Congregationes ; cumque codex ignoret censuras reservatas uni S. Congregationi, non videtur praesumenda S. Congregatio voluisse Codici canonico iam derogare et novam classem reservationum introducere in decretum quo, ut in introductione expresse dicitur, regulas pristinas ad Codicem accommodare proposuit. Quocirca verba ista de reservatione simplici S. Sedi intellegenda arbitramur, nisi diversa detur interpretatio authentica.

---

17. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

DECLARATIO 20 IAN. 1919

Circa decretum *Redeuntibus* [1]

(A. A. S. 1 febr. 1919, 11, 43).

Quinam « Ordinarii » ?

Avendo chiesto il Procuratore Generale dei Sacerdoti del S. Cuore di Bétharram e quello dei Missionari della Salette, se nella parola *Ordinarius* contenuta nel decreto *Redeuntibus* fossero compresi i loro rispettivi Superiori Generali, e per l'indizione degli esercizi spirituali, e per l'assoluzione dalle irregolarità, e agli altri effetti di detto decreto ; oppure se dovevano escludersi, secondo il significato canonico della parola *Ordinarius ;* questa S. Congregazione, per mandato del Santo Padre, ha risposto in ambedue i casi : *Ordinarium in casu, et ad effectum decreti « Redeuntibus » extendi, et comprehendere Superiorem Generalem praedictarum Congregationum.*

Solutio.

Dies (20 ian. 1918).

Dalla Segreteria della S. C. Concistoriale, il 20 gennaio 1919.

G. Card. De Lai, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

V. Sardi, Ar civ. tit. di Cesarea, Assessore.

Annotationes

Hac exceptione firmari regulam qua Ordinarii, ad effectus decreti sint tantum Superiores maiores in religionibus clericalibus exemptis iam supra dictum est (Cf. *Per.* IX, p. 132).

---

[1] Versio latina : Cum Procuratores Generales Sacerdotum SS. Cordis de Bétharram et Missionariorum « de la Salette », rogaverint num voce *Ordinarius* in decreto *Redeuntibus* comprehendantur sui Superiores Generales, ad exercitia spiritualia imponenda et concedendam absolutionem ab irregularitate, et ad alios effectus dicti decreti ; aut potius excludendi sint, iuxta sensum canonicum vocis *Ordinarius :* haec S. Congregatio, mandante S. Pontifice, respondit in utroque casu « Ordinarium.., etc.

18. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

DECRETUM 15 FEBR. 1919

Pro celebratione conciliorum et appellationibus in regionibus Italiae

(A. A. S., 1 mart. 1919, 11, 72)

Concilia provincialia in plerisque Italiae locis, intenta sollemnitate celebrari nequeunt.

Conciliorum provincialium celebrationi in plerisque Italiae regio-ous haud leves obesse difficultates a multis sacrorum Antistitibus tatum est : etenim, aetatum decursu tum ethnographicis rationibus n etiam politicis perturbationibus, ecclesiasticae circumscriptiones oecesum ac provinciarum funditus immutatae fuerunt ; unde factum od e< metropolibus non paucis aliae suffraganeis sedibus sunt orbatae, ae unam vel alteram retinuerunt.

Ex his autem pronum est intelligere, praedictos Episcoporum conventus memoratis locis non illud obtinere posse momentum eamque sollemni-em, quae illos decerent, quaeque Ecclesia habere desiderat, ut plurium tistitum, in Dei nomine congregatorum, consiliis et auctoritate ea nstituantur, quae Dei ipsius gloriae et fidelium bono utiliora sint atque usum aptiora.

Occurritur difficultati.

Eiusmodi igitur difficultatibus ut efficaciter obveniatur, Episcopis per liam auditis habitoque suffragio Emorum Patrum S. Congregationi nsistoriali praepositorum, Benedictus Papa XV sequentia decernenda nstituit :

In plerisque provinciis Concilio provinciali plenarium sufficitur.

. Incolumi Conciliorum provincialium lege pro provinciis Veneta, diolanensi, Vercellensi, Taurinensi ac Ianuensi ; itemque sartis iuribus tropolitici Romani Pontificis in Romana provincia secundum sacros nones ; in ceteris Italiae regionibus, provincialium Conciliorum loco, praescripto can. 283 *Codicis* quovis vicennio celebrandorum, habebun- vicesimo pariter quoque anno Concilia plenaria per regiones ad rmam cann. 281, 282, 287 et seqq. iuxta praesentis decreti prae-iptiones.

Provinciae enumerantur.

I. Regiones in quibus Conciliorum provincialium loco, Concilia aria regionalia habenda erunt sequentes sunt, quarum nomina, ad riorem indicationem, vulgari sermone efferuntur : *Emilia, Romagna, scana, Umbria, Marche, Abruzzi e Molise, Beneventano, Campania, ernitano, Basilicata, Puglie, Calabria, Sicilia, Sardegna ;* quae vero ecessus censendae sint ad singulas hasce regiones pro Conciliorum ebratione pertinere, peculiari decreto definietur.

In Latio peculiares normae.

II. Pro dioecesibus Latii (prout hoc nomen nunc temporis audit) uliares dispositiones Sanctitas Sua sibi impertiendas reservat.

In « conferentiis », episcoporum providebitur futuro Concilio plenario.

V. In Episcoporum coetibus, vulgo *Conferenze*, qui ad normam . 292 *Codicis*, quovis quinquennio cogendi sunt, quique iam in Italia regiones habentur, is qui praeerit prima sequenti vice, sicque pariter ceteris secuturis conventibus antequam vicennium impleatur pro ionali comitio constitutum, Patribus discutiendum proponet quando eat et possit primum plenarium regionale Concilium celebrari ; tum o, ad praescriptum can. 281, Summum Pontificem postulabit ut

Sanctitati Suae designare placeat legatum suum ad Concilium convocandum eique praesidendum.

De appellatione ex c. 285 licita.

V. Omnia vero quae, pro celebratione Conciliorum plenariorum regionalium, superius statuta sunt, nullimode detrahunt neve detrahere censeantur praescripto can. 285 circa appellationes a sententiis I instantiae ad tribunal II instantiae. Permittitur tamen Episcopis, qui Sedi Apostolicae sint immediate subiecti, ut pro appellationibus sibi deligant Archiepiscopum viciniorem etsi provincia propria carentem, itemque his Archiepiscopis ut designent pro appellationibus Ordinarium viciniorem, quem opportunius eligendum censuerint.

Pro episcopis provinciae Romanae appellatio prima fit ad Vicariatum Urbis, altera ad S. Rotam.

VI. Qua in re, cum a plerisque Romanae provinciae Episcopis expetitum fuerit ut speciale tribunal II instantiae Romae pro suis dioecesibus constitueretur, Sanctissimus Pater, ob adductas rationes, petitioni annuendum duxit, ac praesenti decreto destinat ad hunc finem tribunal Vicariatus Urbis, salvo semper recursu III instantiae, si et quando haberi quiverit, ad sacram Romanam Rotam.

Praesentibus valituris contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Dies (15 febr. 1919),

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis, die 15 februarii 1919.

C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secretarius.*
V. Sardi, Archiep. Caesarien., Assessor.

Annotatio

Pro fine nostro, non spectat ad nos decretum istud particulatim exponere. Haec tamen ut digna attentione indicanda ducimus :

1. Substitutionem, in locum Conciliorum provincialium, conciliorum plenariorum regionalium, quando provinciarum ecclesiasticarum exiguitas impediret splendorem et auctoritatem quae huiusmodi concilia decorare debent.

2. Licentiam factam episcopis immediate S. Sedi subiectis, eligendi sibi pro appellatione a sententiis sui tribunalis, archiepiscopum viciniorem etiam qui non sit metropolita.

3. Constitutionem tribunalis Vicarii Urbis tamquam tribunalis appellationis pro episcopis Provinciae Romanae.

---

19. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

DECRETUM 22 FEBR. 1919

De cessatione quarundam facultatum quae sacerdotibus durante bello concessae sunt

(A. A. S. 1 mart. 1919, 11, 74)

Finito bello, cessare debent ex-

Quum atrox bellum, quod plures annos Europam cruentabat, Dei miserentis gratia, finem tandem habuerit, oportet ut, cessante causa,

traordinariae facultates

acultates quoque extraordinariae circumscribantur quae sacerdotibus, ilitaribus copiis addictis, in suum ac militum bonum fuerunt tributae. Ne autem, in re tam gravi, angustiis et ambiguitatibus pateat locus, Smus D. N. Benedictus Pp. XV censuit expedire ut pressius determinetur uaenam ex praedictis facultatibus cessasse dicendae sint.

quae hic enumerantur.

Itaque, de mandato SSmi, declaratur natura sua finem habuisse facultes ut supra sacerdotibus factas, quae sequuntur :

1) *absolvendi* in quibusdam casibus milites *generali formula*, seu ommuni absolutione sine praecedenti confessione ;

2) *absolvendi* ab omnibus censuris et casibus *reservatis ;*

3) Missam *celebrandi in quocumque loco*, etiam sub dio, remoto quiem irreverentiae periculo ;

4) *bis in die*, etiam una hora post meridiem, et in casibus extraordinais vel *non servato ieiunio*, Sacrum peragendi ;

5) *Missas votivas* loco propriae a rubricis praescriptae legendi ;

6) *asservandi SSmum Sacramentum* in bellicis navibus et in stativis astrorum valetudinariis ;

7) *benedicendi* unico crucis signo coronas, cruces. numismata *cum pplicatione indulgentiarum ;*

8) *sese eximendi a recitatione divini officii*, ac pariter idem officium in lias pias preces commutandi.

Ceterae servantur.

Hisce demptis, reliqua quae attinent ad iurisdictionem Ordinariorum astrensium, usque dum eorum ministerium subsistat et servetur, sarta ectaque sunto.

Cura liturgiae maxime habenda.

Curae tamen ipsorum Ordinariorum Castrensium erit vigilare ut omnia uae pertinent ad sacrae liturgiae observantiam, praesertim in Missae elebratione, a sacerdotibus sibi adhuc subditis adamussim et ex integro erventur.

Officii pariter omnium Ordinariorum locorum erit curare ut sacerdotes i dioecesim e militia reversi ad pristinam perfectamque sacrorum rituum bservantiam redeant.

Dies (22 febr. 1919).

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis, die 2 februarii 1919.

C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secretarius.*
V. Sardi, Archiep. Caesarien., Assessor.

Annotationes

De facultatibus quae sub nn. 1. 2. 7, recensentur, cf. *Periodica* nostra, VIII, pp. 170. 292-296.

De vi huius decreti pauca sunt dicenda. Si facultatum ndulta legeris, statim animadvertes in plerisque eorum addi erba « durante bello » ; « quamdiu hoc bellum ardeat » [1].)ecretum igitur d. 22 febr. 1919 vim declarationis habet. 'um tamen ad dubia gravia solvenda datum sit, facultates on cessasse *ante* datum, immo ante promulgatum (1 mart.

[1] Temmerman, *Pouvoirs accordés par SS. Benoît XV aux Aumôniers militaires elges.* 2e éd. Rennes-Paris, 1916, pp. 16. 17. 132 et passim.

1919) decretum dicemus. Absolutiones a casibus reservatis ex inadvertentia, elapso tempore concessae potestatis, datas ex c. 207 validas fuisse patet. Eandem sententiam de indulgentiis post illam diem cum benedictione annexis, non ausimur proferre. Etsi enim concedere indulgentias sit actus iurisdictionis, cum benedictioni annectantur quam a d. 1 martii 1919 sacerdotes privilegiati dare iam non poterant, canon 207 applicari hic non videtur.

Haud inutilis videtur adhortatio ut Ordinarii observandae liturgiae invigilent. Prona est enim imbecillitas humana ut quae certis adiunctis necessaria fuerunt, ultra necessitatem tanquam legitima usurpet. I. C., s. i.

---

20. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

RESPONSUM 22 FEBR. 1919

De nominandis administratoribus dioecesanis

(A. A. S. 1 mart. 1919, 11, 75)

Quum Delegatus Apostolicus in Foederatis Americae Statibus haec dubia definienda proposuisset, scilicet :

Dubia.

1) utrum dispositiones particulares Concilii plenarii Baltimorensis, quoad ius nominandi administratorem dioecesis, sede vacante, adhuc vigeant ; an per novum Codicem abrogatae sint ;

Et quatenus negative ad primam partem :

2) an servandum sit praescriptum canonis 427 ;

Responsa.

Emi Patres Codici interpretando praepositi, die 24 novembris 1918 responderunt :

Ad Im, negative ad primam partem ; affirmative ad secundam.

Ad IIm, affirmative, et ad mentem.

Mens responsi.

Mens autem haec est : « Quatenus speciales circumstantiae *hic* et *nunc* impediant quominus in illa regione applicetur canon 427, S. C. Consistorialis instructiones opportunas, *ad tempus* servandas, praebeat, dempto omnino Episcopis iure nominandi Administratorem dioecesis, mortis causa ».

SSmus autem Dominus Noster resolutiones Commissionis Codicis ratas habuit et confirmavit.

Provisio specialis pro dioecesibus in quibus quinque vel sex Consultores non sint.

De relato tamen Cardinalis Secretarii S. C. Consistorialis, attentis peculiaribus adiunctis in quibus Ecclesiae Foederatorum Statuum Americae versantur, eadem Sanctitas Sua statuit et decrevit, ut in omnibus dioecesibus in quibus quinque saltem vel sex Consultores dioecesani non adsint — firma prohibitione a Commissione Codicis facta — Archiepiscopus aut Episcopus senior provinciae ecclesiasticae providere possit, cum ratihabitione Delegati Apostolici, pro nominatione Administratoris dioecesani durante sedis vacatione.

dque per triennium, dummodo interim coetus Consultorum non fuerit ctus ad numerum superius indicatum.

Facultas ad triennium.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis, die februarii 1919.

Dies (22 febr. 1919).

C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secretarius.*
V. Sardi, Archiep. Caesarien., Assessor.

Annotationes

Responsum ad I ex c. 6, 1° sequitur, qui leges particulares dici oppositas abrogari declarat. Iuxta vero c. 427 « Coe- s consultorum dioecesanorum vices Capituli cathedralis, a episcopi senatus, supplet ; quare quae canones ad guber- tionem dioecesis, sive sede plena sive ea impedita aut cante, Capitulo cathedrali tribuunt, ea de coetu quoque nsultorum dioecesanorum intelligenda sunt ». — Iuxta sponsum, in Foederatis Americae statibus, sede vacante, ministratores in quibusdam dioecesibus, non vicarii capi- ares constituentur ; qui casus in c. 431 praevidetur.

I. C., s. i.

---

21. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

DECRETUM 4 MART. 1919

Circa quasdam Ordinariorum facultates

(A. A. S. 12 mart. 1919, 11, 120.)

uamvis, Dei miserentis gratia, conflictatione sublata, pax proxima atur, quum tamen eam assequuti nondum simus et causae ob quas lta de dispensandis impedimentis et sanandis matrimoniis Ordinariis rum concessa adhuc, saltem ex parte, perseverent, SSmus D. N. edictus PP. XV, ad praecavenda dubia et tollendas in re tanti momenti etates, statuendum et declarandum iussit, sicut hoc Sacrae Congr. sistorialis decreto declarat et statuit, facultates Ordinariis concessas etis eiusdem S. Congregationis die 25 aprilis et 2 augusti 1918 adhuc uo robore perseverare eisque Ordinarios uti posse usque ad sex ses integros post signatam inter nationes, quae bello contenderunt, m.

Facultates extraordinariae relate ad matrimonia vigebunt

usque ad sex menses post signatam pacem.

atum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die rtii 1919.

Dies (4 mart. 1919).

C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., *Secretarius.*
V. Sardi, Archiep. Caesarien., Assessor.

Annotationes

ost editum Codicem, usus multorum facultatum, quae episcopis ad varia tempora concedebantur, tollendus batur. Quare decreto S. C. *Consistorialis*, *Proxima*

sacra, d. 25 apr. 1918 [1] sublatae sunt. In quibusdam tamen regionibus, sive quia sunt remotiores, sive quia bello fere impossibilis ad S. Sedem recursus erat, speciales Ordinariis quod ad matrimonia facultates concessae sunt. Porro Ordinarii Galliae, trium regnorum Magnae Britanniae, Germaniae, Austriae et Poloniae facultatibus specialibus « durante bello, quotiens aditus ad S. Sedem difficilis aut impossibilis saltem per mensem praevidebatur » uti poterant (decr. *Proxima sacra*). Decreto 2 aug. 1918 [2], Ordinariis locorum remotiorum ad usum suarum specialium facultatum sublata est conditio « *si petitio dispensationis ad S. Sedem missa sit et urgens necessitas dispensandi supervenerit, pendente recursu.* » — Quae facultatum ampliatio valitura dicebatur « adiunctis, quae modo sunt, perdurantibus... ». — Peropportune in decreto d. 4 martii 1919, tempus quo validus et licitus erit usus facultatum simul prorogatur et definitur. Decretum legenti videntur EE. Patres putavisse uno foedere pacem inter hostes restitutum iri. Re vera non ita factum est [3]. Cum de gratia facta agatur, eam dicemus perdurare singulis Ordinariis per sex menses integros post signatam a *sua* civitate pacem cum omnibus hostibus. Quaestio minoris esse momenti videbitur animadvertenti usum facultatum hac saltem condicione fuisse definitum « quotiens aditus ad S. Sedem difficilis aut saltem impossibilis saltem per mensem praevideatur ». Ratione enim status bellici, nulli episcopo ex Gallia, Britannia, Germania aut Austria haec difficultas iam mense decembri 1919 exstabat ; quod de plerisque Poloniae episcopis dici quoque potest. Cum terminus *a quo* cessationis facultatum cum initio diei non coincidat, dies signatae pacis in sex mensibus non est computanda et a pace Versalliensi (28 iun. 1919) sex menses die 28ª decembris 1919 *finita* elapsi sunt. I. C., s. I.

---

[1] *Period., IX*, n. **59**, p. 116.

[2] *Period., IX*, n. **62**, p. 121.

[3] Foedera pacis inter Foederatos (Galliam cum sociis) et hostes suos pacta sunt : d. 28 iun. 1919, cum Germania ; d. 10 sept. 1919, cum Austria ; d. 26 nov. 1919, cum Bulgaria ; d. 4 iun. 1920, cum Hungaria ; d. 10 aug. 1920, cum Turcis.

22. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

RESPONSUM 28 MART. 1919

De decreto « redeuntibus » (d. 25 oct. 1918)

(A. A. S. 1 maii 1919, 11, 177.)

Clerici « sponte » bellantes dispensatione indigent.

Quidam Ordinarii S. Congregationi Consistoriali sequens dubium dirimendum proposuerunt :

« An clerici in sacris, militum vulneratorum vel infirmorum adsistentiae « addicti, qui ex huiusmodi ministerio sponte sua maluerunt transire ad « militiam pugnantem, quin tamen mortem vel mutilationem intulerint, « teneantur, iuxta mentem decreti *Redeuntibus*, dispensationem a Sancta « Sede impetrare, ut ad sacri ministerii exercitium restituantur ».

Cui Sacra Congregatio respondendum censuit : *Affirmative.*

Dies (28 mart. 1919).

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 28 martii 1919.

C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secretarius.*
V. Sardi, Archiep. Caesarien., Assessor.

Annotatio

Cf. de ista declaratione quae scripsimus, t. IX, p. 133.

---

23. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

LITTERAE CIRCULARES 29 IUN. 1919

Circolare ai Rmi Ordinari d'Italia per sovvenire ai bisogni del clero [1]

(A. A. S. 4 iul. 1919, 11, 277.)

Ut subveniret inopiae multorum clericorum in Italia, S. Pontifex media extraordinaria adhibenda censuit.

Le strettezze economiche in cui versa la massima parte del clero in Italia, e che vanno rendendosi di giorno in giorno più gravi per l'alto prezzo di ogni cosa necessaria alla vita, e l'indiscusso principio che chi serve all'altare possa e debba vivere dell'altare, hanno determinato il S. Padre ad adottare degli straordinari provvedimenti che valgano a portare un qualche opportuno sollievo ad uno stato di cose così penoso, senza pregiudizio di quelle ulteriori misure, che potranno essere in seguito stabilite, quando saranno esaminati i vari progetti che recentemente furono tema di studio agli Ordinari d'Italia.

---

[1] Haec latine sic verti possunt :

Cum maxima pars cleri Italiae in angustiis oeconomicis versetur, quae in dies ob auctum pretium omnis ad victum necessariae rei graviores fiunt, neque quisquam ambiget ei qui altari inservit, ex altari vivendi media procuranda esse, motus est S. Pater ut remedia extraordinaria adhiberet quibus haec adiuncta adeo lugenda aliquo modo opportune in melius mutarentur, salvis aliis consiliis quae poterunt in posterum adhiberi, postquam perpensae erunt agendi rationes quae haud ita pridem examini Ordinariorum italorum subjectae sunt.

In vista dunque di questi straordinari bisogni del clero, con le presenti lettere della S. Congregazione, Sua Santità :

1. Stipendia missarum augenda.

1) consiglia ai singoli Ordinari d'Italia di elevare l'elemosina delle messe manuali almeno a lire tre ;

2. Reducendae missae acceptae ad hanc normam.

2) li autorizza a ridurre a questa stessa tassa le elemosine per messe che ciascuno avesse in Curia o presso di sè, qualunque sia la fonte da cui le predette elemosine derivano, supplendo la Santità Sua al minor numero delle messe *de thesauro Ecclesiae ;*

3. Reductio per quinquennium missarum ex legatis et fundationibus.

3) dà facoltà agli Ordinari tutti d'Italia, compresi i regolari, di ridurre per un quinquennio gli oneri di messe inerenti ai legati ed alle pie fondazioni di loro giurisdizione in ragione della tassa per le manuali sopra stabilita ; così che, detratto il necessario pei sacri utensili, per l'amministrazione e per altri fini voluti dai fondatori, il resto si divida per messe alla tassa sinodale ;

4. Beneficiarii reducere missas possunt salvis quae pro populo *et* pro benefactoribus *celebrantur.*

4) quanto ai benefici curati e canonicali, ferme le messe *pro populo* pei parroci tanto nei giorni festivi quanto nei giorni di feste soppresse, e le messe *pro benefactoribus* pei Capitoli, le altre messe che gravassero sui medesimi potranno dagli Ordinari, parimenti per un quinquennio essere ridotte alla tassa sinodale sopra indicata, in modo però che la somma da erogarsi per la celebrazione di dette messe non superi il quantitativo della somma che si erogava pel passato quando l'elemosina era minore ;

5. Initium reductionis.

5) la riduzione, di cui agli art. 3 et 4, potrà cominciare dall'inizio di quest'anno, se gli oneri non fossero ancora soddisfatti, o dalla metà del corrente anno, o dal principio del 1920 se gli oneri fossero stati in parte od in tutto soddisfatti ;

6. Si deficiant stipendia oblata, S. Sedes providebit.

6) qualora per questo aumento di elemosina le intenzioni di messe, in qualche diocesi, venissero a far difetto, gli Ordinari potranno rivolgersi direttamente a Sua Santità, che provvederà del suo meglio ;

Ratione igitur habita huius extraordinariae inopiae cleri, his S. Congregationis litteris, Sanctitas Sua :

1) auctor est singulis Italiae Ordinariis ut stipendium missarum manualium saltem ad tres liras augeant ;

2) ipsis potestatem facit reducendi ad hanc eandem taxam eleemosynas pro missis quas singuli in Curia vel apud se habent, quicumque sit fons illarum eleemosynarum ; Sanctitas enim Sua minori missarum numero *de thesauro Ecclesiae* supplebit ;

3) Ordinariis omnibus in Italia, regularibus quoque, facultatem impertitur reducendi per quinquennium onera missarum quae legatis ac piis fundationibus suae iurisdictionis inhaerent ad normam taxae pro manualibus supra stabilitae ; ita ut, detractis impensis necessariis pro sacris utensilibus, pro administratione et aliis a fundatoribus finibus intentis, quae supererunt dividantur ad missas celebrandas ad normam taxae dioecesanae ;

4) quod ad beneficiatos curatos et canonicales, firmo onere missarum *pro populo* in parochis tum diebus festivis tum in festis suppressis, et missarum *pro benefactoribus* in Capitulis, aliae missae quibus illi onerantur poterunt ab Ordinariis, pariter per quinquennium, reduci ad taxam synodalem supra indicatam, ita ut summa [totalis] eroganda pro celebratione istarum missarum non superet quantitatem summae quae tempore elapso erogabatur, quando elemosyna erat minor ;

5) reductio, de qua in art. 3 et 4, poterit incipere ab initio huius anni, si oneribus nondum fuerit satisfactum, aut a medio anno currente, aut a principio anni 1920, si oneribus fuit partim vel omnino satisfactum ;

6) quod si ob auctam taxam, eleemosynae missarum in aliqua dioecesi defecerint, Ordinarii poterunt directe ad S. Sedem recurrere, quae meliore quo poterit modo providebit ;

7) siccome vi sono in più diocesi benefici con rendite esuberanti alle strette necessità del beneficiato e della Chiesa, gli Ordinari, se credono espediente e possibile imporre su tali benefici, quando vacheranno, una qualche pensione, per costituire un fondo od un'opera a pro' del clero diocesano, ricorrano con fiducia alla Dataria Apostolica, se si tratti di collazione pontificia, alla S. C. del Concilio, se si tratti di collazione vescovile, essendo il Santo Padre, in vista delle straordinarie circostanze del momento, ben disposto a favorire equamente tali istanze.

7. Recurrendum ad S. Sedem ut beneficia opulentiora pensione graventur in favorem egenorum clericorum.

Cosa santa e salutare è procurare al clero il bisognevole per la sua onesta sostentazione, essendo questa un'opera non solo di cristiana carità, ma anche di religione.

Presso il popolo ebreo, come ognuno sa, provvide direttamente il Signore con la sua legge che i Leviti avessero di che onestamente vivere del loro ministero e non dovessero applicarsi ad altro, ma fossero del tutto dedicati al suo servizio. Non diversa è e deve essere la condizione del sacerdozio cristiano, come chiaro si rileva dal Vangelo e dalle lettere degli Apostoli. L'indigenza impedisce al sacerdote di lavorare nel campo che Dio gli ha assegnato, e l'obbliga a cercare altrove i mezzi del vivere con dispendio del sacro suo officio; senza dire che lo stato di penosa sofferenza del clero aliena le vocazioni o le soffoca nascenti. E senza vocazioni e senza sacerdoti non vi è culto, non vi sono sacramenti pel popolo cristiano e la religione più et più languisce.

Ut apud Iudaeos, ita apud Christianos clerus ex altaris servitio ali debet.

Il concorrere pertanto a sollevare il clero dalle strettezze in cui versa, è opera di religione accetta a Dio e meritoria. Non manchino gli Ordinari di farlo considerare a tutti gli uomini di buona volontà, sacerdoti e secolari, affinchè, o in vita o *occasione mortis*, fra le opere buone pongano anche questa di dare al proprio Ordinario i mezzi per provvedere ai bisogni del clero.

Ordinarii fidelibus commendent sustentationem sui cleri.

7) cum in non nullis dioecesibus beneficia sint cum reditibus strictam necessitatem beneficiati et ecclesiae superantibus, Ordinarii, si utile et possibile arbitrabuntur imponere istis beneficiis, quando vacabunt, pensionem aliquam, ad constituendam pecuniae summam vel institutum aliquod in favorem cleri dioecesani, recurrant cum fiducia ad Datariam Apostolicam, si beneficium est collationis pontificiae, ad S. C. Concilii, si est episcopalis collationis; est enim S. Pontifex, ratione habita extraordinariorum temporis adiunctorum, optime paratus ad preces istas cum aequitate et favore admittendas.

Sanctum et salutare est procurare clero quae ei ad honestam sustentationem necessaria sunt, cum sit hoc opus cum christianae caritatis, tum quoque religionis.

In populo hebraeo, ut cuique notum est, providerat per se Ipse Dominus lege qua Levitae e suo ministerio necessaria ad honestam vitam obtinere debebant neque poterant alii sese impendere ita ut toti suo servitio oonsecrarentur. Haud diversa est nec esse debet condicio sacerdotii christiani, ut clare eruitur ex Evangelio et epistolis Apostolorum. Egestate prohibetur sacerdos in agro sibi a Deo commisso laborare et cogitur ad quaerenda aliunde vitae auxilia cum damno sui sacri officii; adde hac inopia qua clerus opprimitur, removeri vocationes aut nascentes suffocari. Iamvero deficientibus vocationibus et sacerdotibus, deficit cultus religiosus, deficiunt sacramenta populo christiano et religio in dies magis magisque deperit.

Qui nituntur proin ut adiuvent clerum in angustiis versantem, actum religiosum faciunt Deo acceptum et merito plenum. Ne omiserint Ordinarii omnes homines bonae voluntatis huic rei attentos reddere, sive sacerdotes sive saeculares, ut, vel in vita vel *occasione mortis*, inter bona opera istud ponant sc. ut proprio Ordinario ea procurent quibus clero in necessitate versanti providere possit.

Dies (29 iun. 1919).

Roma, dalla S. Congregazione Concistoriale, 29 giugno, festa dei SS. Apostoli Pietro e Paolo, 1919.

G. Card. De Lai, Vescovo di Sabina, *Segretario.*
V. Sardi, Arciv. di Cesarea, Assessore.

---

24. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

DECLARATIO 1 AUG. 1919

Circa naturam quasi-paroeciarum vel missionum dioecesum quarundam post codicis iuris canonici promulgationem

(A. A. S. 1 sept. 1919, 11, 346.)

Ex dioecesibus, quae, ante Constitutionem *Sapienti consilio*, iurisdictioni S. C. de Propaganda Fide subiiciebantur, postea vero in ius commune traductae sunt, nonnulla dubia fuerunt proposita circa naturam paroeciarum seu missionum, in quas eaedem dioeceses partiuntur et circa iura atque officia rectorum earundem.

Sacra autem haec Congregatio, auditis plerisque praedictarum dioecesum Ordinariis ac re mature perpensa, haec in re censuit declaranda :

Partes dioecesium ubique paroeciae *vocantur.*

I. Ex Can. 216 Cod. I. C. indubium est, partes dioecesum ut supra, quibus peculiaris rector pro animarum cura sit adsignatus, uti *paroecias* in posterum haberi atque eo nomine appellari debere ; reservata appellatione *quasi-paroeciarum* vel *missionum* partibus in quas, pro cura animarum, dividuntur Vicariatus apostolici et apostolicae Praefecturae.

Ad constituendam paroeciam inamovibilitas *non est necessaria.*

II. Ad constituendas paroecias requiritur quidem Ordinarii decretum, per quod territorii fines, sedes paroecialis et dos tam pro cultu quam pro sacerdotis sustentatione determinentur ; necesse tamen non est inamovibilitatem rectori assignari ; quin imo, si iustae adsunt causae, *amovibilitas* in ipso creationis decreto declarari potest, iuxta canones 1411, § 4, 454, § 3, et 1438.

Ob parvum fidelium numerum et dotis carentiam constitui possunt ecclesiae subsidiariae *vel* capellaniae.

III. Quod si exiguus aut fluctuans fidelium numerus, vel absoluta congruae dotis carentia erectionem quarundam ecclesiarum in paroecias minime suadeant ; huiusmodi ecclesiae uti *subsidiariae* vel *capellaniae* habeantur intra fines alicuius paroeciae, cuius in ditione ac dependentia manebunt, donec paroecialitatem propriam assequi poterunt.

Dos paroeciarum.

IV. In constituenda erigendarum paroeciarum dote prae oculis habeantur quae in Codice statuuntur, cann. 1409, 1410 et 1415, § 3.

Missa pro populo.

V. Erectione porro, uti supra, canonice peracta, rector paroeciae, sive parochus, sive vicarius oeconomus obligatione tenentur applicandae Missae pro populo ; a qua eximuntur rectores ecclesiae subsidiariae vel capellaniae. Quod quidem onus si nimis grave reperiatur, ad Sanctam Sedem recurrendum erit pro opportuna reductione.

Dies (1 aug. 1919).

Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 1 augusti 1919.

C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secretarius.*
V. Sardi, Archiep. Caeserien., Assessor.

Annotationes

1. Constitutione *Sapienti Consilio* 29 iun. 1908 [1], qua novae de Curia Romana normae sunt definitae, a iurisdictione S. C. *de P. F.* exemptae sunt et ad ius commune deductae *in Europa :* ecclesiasticae provinciae Angliae, Scotiae, Hiberniae et Hollandiae, ac dioecesis Luxemburgensis ; *in America,* provinciae ecclesiasticae dominii Canadensis, Terrae Novae et Foederatorum Civitatum, seu *Statuum Unitorum* (I, § 6, 2). Praeterea, *dioeceses* Americae vel Imperii Russiaci, quae S. C. *pro negotiis extraordinariis* subiacebant, ad S. C. *Consistorialem* ab eodem tempore pertinent [2].

Iamvero ex c. 216, « territorium cuiuslibet dioecesis in partes territoriales » dividendum est, quarum singulis « peculiaris ecclesia cum populo determinato est assignanda, suusque peculiaris rector ». Quae partes *paroeciae* sunt (c. 216, § 3).

2. Etsi codex, confirmato decreto *Maxima cura,* 20 aug. 1910 [3], etiam inamovibiles parochos a beneficio suo ob certas causas, processu oeconomico, removeri posse decernit, parochos tamen non tantum stabiles, sed, quantum fieri potest, inamovibiles esse cupit. Inter iustas causas cur amovibiles parochi de novo instituantur, recensetur difficultas etiam oeconomicum processum instituendi cum removeri debent [4].

3. Ex n. III declarationis, causa erigendi ecclesiam *subsidiariam* vel *cappellaniam* esse potest « absoluta congruae dotis carentia », cum nempe nullae sunt fundationes, nec a paucis vel pauperibus fidelibus defectui stabilium redituum per oblationes voluntarias aut iura stolae suppleri potest (cf. c. 1410). « Non prohibetur tamen [Ordinarius], ubi congrua dos constitui nequeat, paroecias aut quasi-paroecias erigere, si prudenter praevideat ea quae necessaria sunt aliunde non defutura » (c. 1415, § 3), puta per eleemosynas ex patria rectoris regione vel ab eius religionis Superioribus tributas. I. C., s. I.

---

1 *Period.* IV, p. 222, ss.
2 Cf. *N. R. Th.,* t. 41 (1909), p. 18. — Monin A., *De Curia romana,* p. 277.
3 *Period.* V, p. 234.
4 S. C. Consist. *Statuum Foed. Amer. Sept.,* 28 iun. 1915. (A. A. S., VII (1915), p. 378. — *Period.* VIII, n. 75, N ; p. 160).

25. — S. CONGR. CONSISTORIALIS

DECRETA SUMMATIM RELATA

Mutationes dioecesium

A. *Mutationes in dioecesium finibus, titulo, etc., decreto S. C. Consist. peractae.*

Dioec. la Serena (Chile).

1. Postulante R. P. D. Carolo Silva Cotapos, ep. Serenensi, regio de Taltal ab eius dioecesi distracta Vicariatui apost. Antofogastensi unita est decr. 22 nov. 1918. (A. A. S. 2 ian. 1919, XI, 6.)

Dioec. Fortalezza et Craten. (Brasilia).

2. Die 24 mart. 1919, SS. D. N. confirmavit definitionem finium dioecesium Fortalexien. et Craten. de suo mandato a Nuntio Ap. R. P. D. Scapardini factam. (A. A. S. 1 febr. 1919, XI, 44.)

Pagus Fresen dioecesi Salisburgen. addictus.

3. Petente Ep. Secovien., pars pagi vulgo Fresen a paroecia *Ranten* et dioecesi Secovien. dismembrata, parochiae *Seetal* et dioec. Salisburgen. unitur, decr. 21 aug. 1918, datam et a 1 ian. 1919 valituram. (A. A. S. 12 mart. 1919, XI, 119.)

Dioec. Kalicz et Kielce-Sandomir (Polonia).

4. Decr. 7 febr. 1919, pagus *Rudnik Maly* a paroecia Kozieglony (dioec. Kielcen.) separatur et paroeciae *Starcza* (dioec. Wladislavien.) unitur. (A. A. S. 12 mart. 1919, XI, 119.)

B. *Erectio Vicariatus apostolici.*

Erectio Vicariatus ap. de Chaco (Bolivia).

Vicariatus apost. erigitur a S. Pontifice de consulto S. C. Consistorialis. Territorium *de Chaco*, in ditione Boliviana, decr. 22 maii 1919 in Vicariatum apost. est erectum, proponente Internuntio et consentientibus propositioni Arch. Platensi et ep. S. Crucis. (A. A. S. 2 iun. 1919, XI, p. 234.)

C. *Celebratio conciliorum provincialium.*

Divisio Italiae pro consiliis provinc.

Cum Constitutio ecclesiarum metropolitarum negotium sit consistoriale et ad S. C. Consist. revisio conciliorum provincialium pertineat, eius litterae circul. 22 mart. 1919 definierunt cuiusnam provinciae ecclesiasticae concilium adirent Praesules dioecesium et abbatiarum nullius. Iuxta has litteras, quibus renovanrur litt. circ. S. Congr. EE. et RR. d. 24 aug. 1889, plures archidioeceses, quod ad concilia et conferentias episcoporum, ad unam regionem ecclesiasticam constituendam conveniunt. (A. A. S. 1 maii 1919, XI, 175.)

D. *De designandis candidatis ad episcopale ministerium.*

Designatio candidatorum ad munus episc. in Canada et ins. Terrae Novae.

Decr. 19 mart. 1919, leges definitae sunt ad quarum normam electio episcoporum in Canadensi dominio et Terrae novae insulis fieret. Designabuntur candidati ad hoc munus idonei in coetibus episcoporum singulis bienniis habendis, ab a. 1920. De viris quorum nomina a singulis episcopis vel Vicariis Apost. Archiepiscopo vel Metropolitano tempestive missa erunt, in coetu episcoporum disceptatio fiet. Per plura scrutinia secreta de dignis et dignioribus constare debebit. Totius conventus acta ad S. Sedem mittentur. (A. A. S. 1 apr. 1919, XI, 124-128.)

E. *Designatio administratorum in dioecesibus Dominii Canadensis et Terrae Novae.*

Designatio administratorum apost. in reg. Canad. et Terrae Novae.

Decr. 8 maii 1919, ad Dominium Canadense et Terrae Novae insulas extenditur ius in Stat. Foed. Americae Sept. decr. 22 febr. 1919 statutum (Cf. supra, n. 20, p. 50). (A. A. S. 2 iun. 1919, XI, 233.)

26. — S. CONGR. DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

RESPONSUM 7 DEC. 1918

De renovatione SS. Eucharistiae particularum

(A. A. S. 2 ian. 1919, 11, p. 8)

Dubium de tempore renovandarum particularum SS. Eucharistiae

Relatum est huic S. Congregationi de disciplina Sacramentorum in nonnullis Dioecesibus quosdam Vicarios Foraneos, aut Decanos, vel Parochos solere singulis duobus vel tribus mensibus hostias comparare easque distribuere in propriis et filialibus Ecclesiis pro Missae sacrificio peragendo ac pro fidelium eucharistica communione. Elapso hoc temporis spatio, nova fit acquisitio et distributio hostiarum, quae pariter duobus vel tribus mensibus sufficiant, ac ita deinceps. Et exquisitum est an probari possit huiusmodi praxis adhibendi, pro SSmo Eucharistiae sacramento, hostias a tribus vel duobus mensibus confectas.

S. C. solvit remittendo ad Rituale Romanum et Cod. I. C. cc. 815 et 1272.

Haec S. Congregatio, omnibus mature perpensis, proposito dubio respondit : *negative, et servetur praescriptum Ritualis Romani et Codicis Iuris Canonici.*

Rituale Romanum (tit. IV, cap. I, *De Sanctissimo Eucharistiae Sacramento*) haec praecipit : « Sanctissimae Eucharistiae particulas frequenter « renovabit (parochus). Hostiae vero seu particulae consecrandae sint « recentes ; et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat vel sumat ».

In Codice Iuris Canonici haec statuuntur : Can. 815 : « panis (pro « Missae sacrificio) debet esse mere triticeus et recenter confectus ita ut « nullum sit periculum corruptionis. Vinum debet esse naturale de genimine « vitis et non corruptum ». Can. 1272 : « Hostiae consecratae sive propter « fidelium communionem, sive propter expositionem Sanctissimi Sacra- « menti et recentes sint et frequenter renoventur, veteribus rite consumptis « ita ut nullum sit periculum corruptionis, sedulo servatis instructionibus « quas Ordinarius loci hac de re dederit ».

Propter maximam autem quae debetur reverentiam erga SS. Eucharistiae Sacramentum mandat haec S. Congregatio ut in cunctis ecclesiasticis Dioecesium ephemeridibus datum responsum edatur, quo facilius omnibus patescat et ab iis, ad quos spectat, fideliter ac religiose servetur.

Dies 7 dec. 1918.

Datum ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 7 decembris 1918.

PH. Card. GIUSTINI, *Praefectus.*
A. Capotosti, Ep. Thermen., Secretarius.

ANNOTATIO

Iam antea provida S. Sedis vigilantia nimiam incuriam de recenti hostiarum confectione improbare et cohibere debuit. Sic S. R. C. in Gandavensi (decr. Authent. n. 2650, ad I, et 2) 16 dec. 1826, morem consecrandi species quae in hieme a tribus mensibus, in aestate a sex mensibus confectae erant ita reprobavit ut ne aliis quidem sacerdotibus consecra-

tionem istarum specierum permiserit in ecclesiis quarum parochi seu rectores morem istum servare vellent.

In casu tamen ubi periculum corruptionis certo absit, usus talis materiae gravi ratione excusari possit.

Observes a S. Congregatione non imponi observationem *Caerimonialis episcoporum*, quo species singulis hebdomadis renovandae dicuntur.

Renovatio quae fiat singulis binis hebdomadis, in loco non speciáliter humido, ipsi GARDELLINI immunis a reprehensione videtur (Comment. in dictum decr. in Gandavensi; « *Commentaria* t. IV. Coll. authent. p. 278). Et mos iste pro Graecis admissus fuit a Benedicto XIV et Clemente VIII. Cf. LEHMKUHL, II, 162. 178.

Quam recentes esse debeant species consecrandae, non ita accurate definitur. S. CAROLUS BORROMAEUS vetabat ne forent tribus hebdomadis antiquiores. Reprobantur quae iam a tribus mensibus sint confectae. Dicamus igitur procurandum esse ne ante mensem vel sex hebdomadas sint confectae.

---

27. — S. CONGR. CONCILII

DECRETUM 26 FEBR. 1919

De provisione officiorum et beneficiorum durante bello

(A. A. S. 1 mart. 1919, 11, 77)

Finito bello, redeundum ad provisionem beneficiorum ex iure communi.

Cum ob belli cessationem e clericis servitio militari astrictis plerique iam dimissi proprias dioeceses et sedes repetierint et reliqui brevi dimittendi in eas sint redituri, congruum est ut, mutatis rerum adiunctis, decretum huius S. Congregationis Concilii de provisione officiorum et beneficiorum diei 14 novembris 1916 suam vim et robur exerere desinat. Illud itaque revocatur, prout per praesentes litteras de mandato SSmi decernitur et declaratur esse revocatum et non amplius vigere: proindeque Ordinarii redintegrantur in suas facultates eadem officia et beneficia conferendi, servatis tamen de iure servandis, et praesertim canonibus 147-182 et 1431-1447 *Codicis Iuris Canonici*, necnon prae oculis habita Instructione edita a S. Congregatione Consistoriali *De clericis e militia redeuntibus* diei 25 octobris 1918

Dies (26 febr. 1919).

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis Concilii, die 26 februarii 1919.

F. Card. CASSETTA, *Praefectus.*
I. Mori, Secretarius.

ANNOTATIO

Decreto 14 nov. 1916, quod exscripsimus *Per.* VIII, p. 142, S. C. *Concilii* Ordinariis locorum facultatem fecerat, tempore belli, differendi ultra sex menses collationem officiorum et beneficiorum vacantium; immo, quando agebatur de officiis

et beneficiis quorum provisio per concursum sive specialem sive generalem fieri debebat aut solebat, iussit ut collatio tituli protraheretur donec sacerdotes propriae cuiusque dioecesis ad militare servitium adigerentur, et interea per idoneos vicarios vel oeconomos curae animarum provideretur.

Cum, finito bello, ratio istius peculiaris dispositionis cessaverit, S. Congregatio, praesenti decreto alterum, 14 nov. 1916 revocat, et Ordinariis ius restituit conferendi officia et beneficia, servatis servandis, etiam quae ex novo Codicis iure praescribuntur.

Decretum *Redeuntibus*, De clericis e militia redeuntibus, habetur, *Per.* IX, p. 124.

28. — S. CONGR. CONCILII

INDULTUM 10 NOV. 1919

Indultum de abstinentia et ieiunio pro America Latina et insulis Philippinis

(A. A. S. 1 dec. 1919, 11, 462)

Postulatum.

Plures ex America Latina Sacrorum Antistites nuper ab Apostolica Sede suppliciter expostularunt ut, iisdem perdurantibus causis, benigne renovaretur indultum circa abstinentiam et ieiunium die 1 ianuarii 1910 pro America Latina et Insulis Philippinis ad decennium concessum. [1] Quum hae preces in generali conventu diei 8 novembris 1919 ad trutinam revocatae fuerint, Emi Patres huius S. Congregationis Concilii memoratum indultum pro America Latina et Insulis Philippinis ad aliud decennium quidem prorogandum sed, quo magis congrueret novi Codicis iuris canonici hac in re praescriptis, prout sequitur moderandum censuerunt. Quapropter statuerunt ut :

Concessio

1) ieiunium sine abstinentia servetur : feria VI Quatuor temporum in Adventu, feriis IV Quadragesimae et feria V Maioris Hebdomadae ; 2) ieiunium et abstinentia : feria IV Cinerum et feriis VI Quadragesimae ; 3) abstinentia sine ieiunio : in Vigiliis : *a*) Nativitatis Domini, *b*) Pentecostes, *c*) Assumptionis B. M. Virginis, *d*) Apostolorum Petri et Pauli vel Omnium Sanctorum ; 4) in reliquis vero servetur forma praecedentis Indulti, firmo etiam, quoad abstinentiam et ieiunium, privilegio Nigritis et Indis Americae Latinae concesso a Leone XIII Constitutione *Trans Oceanum*, die 18 aprilis 1897.

Quam resolutionem in audientia subsequentis diei a subscripto Secretario relatam, SSmus D. N. Benedictus PP. XV ratam habere et confirmare dignatus est, eamque publici iuris fieri mandavit, contrariis non obstantibus quibusvis.

Dies (10 nov. 1919).

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis Concilii, die 10 novembris 1919.

D. Card. Sbarretti, *Praefectus.*
I. Mori, Secretarius.

[1] Cf. *Acta Apostolicae Sedis*, vol. II, pag. 215.

ANNOTATIONES

1. Si comparemus praesens indultum cum superiori, cuius summam dedimus t. V, p. 134, 135, reperiemus praesentem concessionem esse ampliorem. Superiore enim indulto ieiunium servari debebat omnibus feriis sextis adventus; ieiunium cum abstinentia servandum praeterea erat feria V maioris hebdomadae, qua die nunc solum praescribitur ieiunium; abstinentia sine ieiunio servanda est vel in pervigilio SS. Apostolorum Petri et Pauli vel in pervigilio Omnium Sanctorum, dum antea haec optio non dabatur.

2. Privilegium quod ad abstinentiam et ieiunium Indis et Nigritis Americae Latinae concessum et praesenti indulto confirmatum, sic in C. *Trans Oceanum*, Leonis XIII effertur: « XII. Ne Indi et Nigritae ieiunare teneantur praeter quam in feriis sextis Quadragesimae, in Sabbato sancto, et in pervigilio Nativitatis D. N. I. C. XIII. Ut praeterea Indi et Nigritae absque ullo onere seu solutione eleemosynae uti possint indulto quod *quadragesimale* dicitur et quo fideles respectivae dioecesis seu regionis ab Apostolica Sede donantur; ideoque carnibus, ovis et lacticiniis vesci possint omnibus diebus ab Ecclesia vetitis, exceptis, quod ad carnes, diebus in superiore paragrapho XII notatis ».

---

29. — S. CONGR. CONCILII

ACTUS 11 NOV. 1919

Ripristinamento dello Studio presso la S. Congregazione del Concilio [1]

(A. A. S. 1 dec. 1919, 11, 463)

Instauratur « Studio ».

Il Santo Padre, desiderando che i giovani sacerdoti, i quali abbiano compiuto il corso di diritto canonico, acquistino pratica nell'ordinario e regolare disbrigo degli affari ecclesiastici e nella particolare applicazione delle leggi canoniche in via amministrativa, il 28 ottobre 1919, nell'udienza concessa al sottoscritto Cardinale Prefetto, si è benignamente degnato di ordinare il ripristinamento dello Studio presso la S. Congregazione del Concilio; il che viene effettuato con il presente atto.

[1] Haec ita latine verti possunt:

S. Pater, cum cupiat ut iuniores sacerdotes qui cursum iuris canonici compleverunt, praxim acquirant in expediendis negotiis ecclesiasticis modo ordinario et regulari et in applicandis via administrativa legibus canonicis, d. 28 oct. 1919, in audientia concessa infrascripto Cardinali Praefecto, dignatus est benevole iubere ut « Studium » apud S. C. Concilii instauraretur; quod fit hoc praesenti actu.

Condiciones a candidatis exigendae.

L'ammissione allo Studio, secondo l'augusta volontà del S. Padre, è limitata ad un numero ristrettissimo di sacerdoti, ed all'uopo occorre che essi :

1) siano particolarmente raccomandati dal loro Ordinario,

2) abbiano conseguita la laurea almeno in diritto canonico,

3) siano muniti del *nihil obstat* da parte del Vicariato di Roma.

Ottenuta l'ammissione, dovranno frequentare lo Studio per un triennio, secondo le norme che verranno stabilite in apposito Regolamento. Allo spirare del triennio riceveranno, se meritevoli, il relativo attestato, che all'occorrenza potrà servire come speciale requisito.

Dies (11 nov. 1919).

Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione del Concilio, 11 novembre 1919.

D. Card. Sbarretti, *Prefetto.*
G. Mori, Segretario.

Annotatio

Diu floruit institutum quod hodie ex voluntate S. Pontificis restituitur. Sed postquam, reformata Curia Romana a Pio X, iudicia proprie dicta causarum ecclesiasticarum S. Rotae in gradu appellationis fuere commissa, ita ut, excepto S. *Officio*, ceterae Congregationes iisdem regulariter abstinerent, visum prius est ad S. Rotam transferre studium quod exstabat penes S. C. *Concilii*. Utilitas autem informandi quoque iuvenes sacerdotes applicandis iuris ecclesiasticis « via administrativa » decretis, movit hodiernum Pontificem ut institutionem restitueret, impositis severis legibus delectus quae in ipso decreto perspicue proponuntur.

---

30. — S. CONGR. CONCILII

ACTA SUMMATIM RELATA

Praecedentia canonicorum iuxta ordinem.

A. Die 13 apr. 1918, confirmata est sententia iam d. 1 apr. 1918 lata a S. Conc. in causa *Mediolanen.*, *Praecedentiae*, iuxta quam antianitas canonicorum, ubi praebendae in varios ordines sunt divisae, computanda est a die quo quis in ordinem, non vero in capitulum admissus est. Haec praecedentiae norma extendenda est ad omnes casus in quibus Capitulum capitulariter intervenit. Palmare argumentum in favorem contrariae sententiae afferebatur quod ubi omnes Canonicatus massa communi fruuntur, inter hos non datur vera distinctio in gradus *hierarchicos*, sed

---

Admissio ad Studium, iuxta augustam S. Patris voluntatem, restringitur ad numerum angustissimum sacerdotum, et oportet ut 1) peculiariter a suo Ordinario commendentur; 2) consecuti sint lauream saltem in iure canonico; 3) obtinuerint « *nihil obstat* » a Vicariatu romano.

Obtenta admissione, debebunt frequentare « Studio » per triennium, iuxta normas quae in addita Ratione studii statuentur. Post expletum triennium accipient, si illud meruerint, testimonium proportionatum, quod, ubi res postulaverit, velut testimonium specialiter requisitum servire poterit.

liturgicos tantum presbyterorum, diaconorum et subdiaconorum ; non esse proin cur canonicus optione transitus ab ordine diaconali ad presbyteralem, digniorem locum in capitulo amittat. Vicit vero principium, can. 408, § 2 confirmatum, in capitulo « praecedentiam ordinis esse servandam, et in eodem ordine praecedentiam receptionis *in ordinem* », quaecumque demum receptionis causa sit, sive optio, sive directus ex iure fundationis ingressus. (A. A. S., 2 ian. 1919, 11, 9-18.)

Missa pro populo a rectore « stationis ».

B. Sententia d. 13 iul. 1918, S. C. Concilii in causa *Wratislavien.* definivit onus *missae pro populo* incumbere rectoribus stationum, quae in regionibus diasporae constituuntur, i. e. iis sacerdotibus qui catholicorum inter multo plures acatholicos in certo districtu ab omni paroecia separato degentium curam suscipiunt. In dioecesi enim omnis divisio territorialis cum peculiari populo, ecclesia et rectore, est vera *paroecia*, ex c. 216. Nec dotis carentia quicquam obest, cum onus celebrandi pro populo *non ratione beneficii sed officii*, non ratione bonorum sed muneris oriatur. E contra, rector districtus a paroecia non separati, vel quod ad temporalem tantum bonorum administrationem separati, etiamsi omnem populi curam suscipiat, non est nisi vicarius cooperator parochi ad cuius territorium illa *statio* aut *ecclesia* pertineat, ideoque onere celebrandi pro populo, etiam iure ecclesiastico, non tenetur. (A. A. S., 1 febr. 1919, 11, 46-51.)

Condiciones fundationi beneficii appositae.

C. Die 13 iul. 1918, in causa *Gerunden.*, *fundationis beneficiorum*, S. C. C. decrevit 1° licere clausulam apponere in limine fundationis beneficii, vi cuius fundator (clericus) beneficium primus obtineat et liber sit ab oneribus beneficio annexis rite ferendis, etiam cum agitur de oneribus quae alicui ecclesiae parochiali vel fidelis populi necessitati respondeant. Plurimum enim valet voluntas fundatoris qui condiciones, etiam iuri contrarias, honestas tamen, apponere potest ; et, cum sit benefactor, ab oneribus beneficii legitime dispensatur qui suo munere cultui divino in perpetuum augendo allaboravit ; 2° Beneficiatum primum obtentorem, dum onera non impleat, ius habere assistendi functionibus suae ecclesiae sive fundatis sive adventitiis, necnon et stipendium pro his percipiendi, modo beneficium ab eo constitutum tale sit ut ex tali iure ecclesiae vera utilitas, non detrimentum oriatur ; quod erit ab Episcopo, pro casu, cum aliis ecclesiae beneficiariis examinandum. Augendo autem dotem beneficii iam exsistentis, aliquis non patronus sed *benefactor* tantum fit et dicitur et ad ius patronatus obtinendum necesse est ut saltem beneficii iam exsistentis dimidia dos constituatur et indulto apostolico ius illud concedatur. Quare, quae supra fundatoribus conceduntur, benefactoribus non sunt applicanda nisi in casibus specialibus. (A. A. S., 1 mart. 1919, 11, 78-83.)

Constitutio tribunalium ecclesiasticorum.

D. In causa *Wratislavien.*, *Constitutionis tribunalium ecclesiasticorum*, S. C. C. decrevit, d. 14 dec. 1918, consuetudinem, per 170 annos usitatam, qua in tribunalibus dioecesis Wratislaviensis admittantur iurisperiti laici cum voto deliberativo in causis matrimonialibus et contentiosis, exclusis semper criminalibus, tanquam abusum, esse prorsus abolendam. Laicus enim incompetentia absoluta, quod ad iurisdictionem ecclesiasticam, laborat, quam ei solus R. Pontifex concedere potest. Praeterea consuetudo, de qua hic est sermo, ex usurpatione potestatis civilis orta

est, quae a Superioribus ecclesiasticis numquam potuit approbari; vergit enim in detrimentum libertatis et disciplinae ecclesiasticae. Iidem laici *auditores* esse non possunt, cum munus hoc usum iurisdictionis postulet; neque in munus *assessorum* admittantur. Etenim, etsi id iure non prohibetur, Ordinarius consuetudinem centenariam tolerare non debet cum non deceat sacerdotes auxilio laicorum in dirimendis causis ecclesiasticis indigere nec ipsi laici recta iuris ecclesiastici principia semper teneant et applicent. (A. A. S., 1 apr. 1919, 11, 128-132.)

Provisio paroeciarum ad nutum episcopi.

E. In causa *Lisbonen. et aliarum in Lusitania, provisionis paroeciarum*, d. 13 apr. 1919, per summaria precum examinata, S. C. C. sententiam tulit de modo quo episcopi lusitani paroeciis providere possunt. Etenim, rebus politicis perturbatis, determinatio legis concursus quae regio decreto nitebatur, vigere desiit. Ad ius commune redeundum esse Sedes Apostolica censuit (Resp. 13 iul. 1911). Quia tamen plurimae paroeciae dote carebant et concursus utiliter haberi nequibant, episcopi rectores ad nutum amovibiles paroeciis praeposuerunt. Disputari poterat utrum ius vigens tempore responsi S. S. (1911) an ius Codicis nunc esset applicandum. Ex responso S. C. C. licet episcopis in inolita praxi perdurare ad annum, quo elapso, paroecias, quae sufficientem dotem habent, ad normam C. I. C., can. 459, § 3, n. 1-3 conferre debebunt, alias vero ad nutum poterunt conferre. (A. A. S., 2 iun. 1919, 11, 236-239.)

Confectio libri confirmatorum.

F. Die 8 febr. 1919, in causa *Melphicten., libri confirmatorum*, decrevit S. C. C. etiam in dioecesi Melphictensi applicandum esse ius commune de conficiendo in singulis paroeciis libro confirmationum (cc. 470. 798). Contra mandatum Vicarii Capitularis in eundem sensum recurrebat canonicus Sacrista, qui ad hanc diem cum solus librum confirmatorum conficeret, solus quoque modicam taxam ad exscribendas ex eo attestationes percipiebat. Notat disceptatio 1° ius proprie ad Capitulum pertinuisse, quod Sacristae opere a saeculis utebatur ; 2° Sacristae exemptionem a iure, id est privilegium, non exstitisse, cum ante Codicem singulis parochis confectio libri confirmatorum non praescriberetur ; 3° nec tolli ius acquisitum taxam exigendi, cum istud commodum inde tantum cessaret quod iam nemini necessarium foret ad Sacristam recurrendi. (A. A. S., 4 iul. 1919, 11, 280-284.)

Concursus in translatione parochorum.

G. In causa *Romana et aliarum, de concursu in parochorum translatione*, d. 21 iun. 1919, S. C. Concilii, censuit in translatione de qua in c. 2162, ss. nec concursum, neque examen requiri. Ratio in aperto est. Agitur enim de transferendo parocho qui suam paroeciam utiliter regit, proin bonus est ac peritus pastor ; de transferendo ad bonum animarum novae paroeciae, quam ideo bene recturum eum Ordinarius certa scientia novit ; de transferendo etiam invito, qui facillime in concursu vel examine mediocritatem sponte non attingeret. Adde concursum esse condicionem provisionis quam S. Sedes vigere vult donec meliorem invenerit (c. 459, § 4). (A. A. S., 1 aug. 1919, 11, 318-321.)

Praecedentia Vicarii gener.

H. In causa *Cunen.* et *Utinen., Praecedentiae*, d. 17 maii 1919, S. C. Concilii censuit, non obstantibus legibus Capitulorum specialibus, iam omnino standum c. 370, vi cuius Vicario Generali competit « praeceden-

tiae ius super omnibus... dignitatibus et canonicis ecclesiae cathedralis etiam in choro et actibus capitularibus, nisi clericus charactere episcopal fulgeat, et Vicarius Generalis eodem careat ». Nam hac lege : 1) nullum ius quaesitum tollitur. Praecedentia enim est *munerum*, non *individuorum*, dum iura quaesita ad personas concretas spectant ; 2) nulli dignitati ius est ad praecedentiam *dependenter a facto praeterito* sed ab officio seu munere, cuius Codex mutat iura ; 3) ius de praecedentia *ex integro* ordinatur ; non est ergo ad ius vetus appellandum. Adde Vicario Generali, ut in choro praesens censeatur, veste canonicali esse incedendum ; ergo etiam dum veste hac induitur, in coeteros praecedentiam servat. (A. A. S., 1 sept. 1919, 11, 349-354.)

Sanatio alienationum.

I. In causa *Albinganen. et aliarum, Sanationis alienationum*, d. 17 maii 1919, S. C. Concilii declaravit Ordinario non esse potestatem sanandi alienationes bonorum ecclesiasticorum sine competentis Superioris licentia nulliter factas. Actus enim *nullus* sanari non potest nisi a Summo Principe, qui cum sit supra ius potest dispensare a forma ad validitatem requisita et per fictionem iuris effectus convalidationis ex nunc ad tempus facti actus, sine praeiudicio tamen tertii, retrotrahere. (A. A. S., 1 oct. 1919, 11, 383-387.)

Alienatio donariorum votivorum.

K. In causa *dioecesis N., donariorum votivorum*, d. 12 iulii 1919, S. C. C. censuit votiva donaria non posse sine indulto S. Sedis alienari, quippe quae a donatoribus tamquam inalienabilia cultui divino consecrentur solaque S. Sedes, per modum indulti, non facultatis, et spectata necessitate, a consensu donatorum exquirendo dispensare possit. Censenda sunt vero *notabilis* valoris mobilia quae 1000 libellarum valorem non excedunt. Tandem iuxta consultationem, licentia alienandi facultatem non facit erogandi pretium etiam in causam piam cum, vi c. 1531, § 3 « pecunia ex alienatione percepta, caute, tuto et utiliter in commodum Ecclesiae collocetur ». Dubitari tamen potest utrum *speciali* ab hac canonis paragrapho dispensatione indigeat qui licentiam alienandi accepit ut certis ac praesentibus necessitatibus provideret. (A. A. S., 3 nov. 1919, 11, 416-419.) I. C., s. I.

---

31. — S. CONGR. DE RELIGIOSIS

RESPONSUM 23 DEC. 1918

De religiosis e militia redeuntibus

(A. A. S. 2 ian. 1919, 11, 18)

Rogatus R. P. ut consulat volentibus religionem deserere,

SSmo Dno Nostro Benedicto Papae XV humillimae porrectae sunt preces ut consulere dignaretur iis Religiosis, qui, bello perdurante, militiae nomen dare coacti, impares forte se sentiant ad regularem vitam instaurandam.

preces ad S. C. de Relig. remittit.

Porro Sanctitas Sua preces remisit ad H. S. Congregationem, ut, habito respectu ad peculiares horum Religiosorum circumstantias, paterna sollicitudine provideat in casibus particularibus. Hoc autem Eadem Sanctitas Sua publici iuris fieri voluit.

Datum ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 23 decembris 1918. *Dies (23 dec. 1918.)*

R. Card. Scapinelli, *Praefectus.*
Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B. Secretarius.

Annotatio

Notabilis est iussio facta divulgandi istam facultatem concessam S. C. *De Religiosis* providendi casibus particularibus paterna sollicitudine. Quae verba demonstrant voluntatem propensam ad benignitatem.

---

32. — S. CONGR. DE RELIGIOSIS

RESPONSUM 2 APR. 1919 [1]

De versionibus partis Codicis in linguas vernaculas

(A. A. S. 1 maii 1917, 11, 179)

Sono stati tradotti in varie lingue i canoni riguardanti le religioni laiche; traduzioni autorizzate, ma non officiali. Ora, in qualche traduzione, il testo di alcuni canoni non concorda con il disposto degli stessi canoni nel Codice. *Occasio dubii.*

Si domanda se sia intervenuto qualche cambiamento in proposito, o debba starsi al testo del Codice e ritenere errato il testo della traduzione. **Dubium.**

La S. C. dei Religiosi, esaminata debitamente la cosa, dichiara doversi stare al prescritto del Codice e doversi emendare la traduzione. **Responsum.**

Dalla Segreteria della S. C. dei Religiosi, 2 aprile 1919. *Dies (2 apr. 1919.)*

Mauro M. Serafini, Ab. O. S. B., Segretario.

Annotatio

Ratio et simul occasio responsionis reperitur in minus fideli versione textus authentici. Sic, ubi in c. 522 legitur latine : « Si aliqua religiosa confessarium adeat ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum », in versione scribebatur : « Si aliqua religiosa confessarium adeat *extra domum* » ; in c. 611 permittitur religiosis ut litteras libere mittant « ad Superiorem domus *forte* absentem » translator scripsit : « ad Superiorem domus *momentanee* absentem ».

---

[1] Versio latina : Canones qui religiones laicales spectant in varias linguas versi sunt; versiones approbatae, at non publica auctoritate factae sunt. Iamvero in aliqua versione textus quorundam canonum cum praescriptis eorundem canonum in Codice non concordat.

Quaeritur utrum mutatio quaedam in propositis supervenerit an standum sit textui Codicis et textus versionis mendosus habendus sit.

S. Congregatio de Religiosis, re mature examinata, declarat standum esse praescriptis Codicis et emendandam esse versionem.

33. — S. CONGR. DE RELIGIOSIS

DECRETUM 31 MART. 1919

De « Directoriis » et « Consuetudinibus » Religiosarum iuris Pontificii, revisioni et correctioni S. Congregationis subiiciendis

(A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 239)

Quinam libri correctioni subiiciendi.

In Congregatione Generali, habita in Palatio Vaticano die 29 martii 1919, Emi ac Revmi S. R. E. Cardinales negotiis Religiosorum Sodalium praepositi, opportunum iudicarunt praescribendum ut omnia Instituta et Congregationes Religiosarum Iuris Pontificii libros quoslibet, continentes consuetudines, usus aut similes quocumque nomine veniant (*Direttorio, Coutumier*, etc.), apud eas in usu, praeter Constitutiones approbatas, necnon preces proprias Instituti, in communi recitari solitas, inspectioni et correctioni huius S. Congregationis subiciant; idemque exigatur in novis Institutis approbandis.

Facta autem relatione SSmo D. N. Benedicto Pp. XV per R. P. D. Secretarium, in audientia diei 31 eiusdem mensis, S. S. sententiam Emorum PP. approbavit ac propterea mandavit ad hoc fieri Decretum.

Decretum de mittendis Romam libris.

Haec S. igitur Congregatio vi praesentis Decreti mandat ut omnia et singula Instituta seu Congregationes Religiosarum Iuris Pontificii, seu etiam Piae Societates mulierum sine votis ad modum Religiosarum in communi viventium a S. Sede approbatae, libros quosvis ut supra recensitos, intra terminum unius anni ad eandem S. Congregationem transmittant.

Per Ordinarios locorum religiosae id noverint.

Curent autem Revmi Ordinarii locorum, in quibus Supremae Moderatrices alicuius Instituti et Congregationis mulierum, de quibus agitur in praesenti Decreto, commorantur, ut illas quamprimum de imposita obligatione certiores faciant: easque admoneant non prohiberi in Institutis et Congregationibus respectivis dictorum librorum usum, quousque ab hac S. C. aliter, si casus ferat, statuatur.

R. Card. Scapinelli, *Praefectus.*
Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., Secretarius.

Annotatio

Decreto praesenti completur, pro institutis mulierum, decretum magis generale, 26 iun. 1918 (*Per.* t. IX, p. 137) quo S. Congregatio *de Religiosis* iussit ut omnes religiones iuris pontificii, simul cum relatione de statu religionis, ad se mitterent emendationes textus regularum et Constitutionum quas, ad normam c. 489, recognoscere debuerunt.

Duplex tamen est discrimen inter praesentem obligationem et superiorem.

Prior obligatio implenda est quando relatio mittitur ad S. Sedem; haec, intra annum, computandum a die inscripta fasciculo quo iussio continetur, i. e. a 2 iun. 1919. Dein,

Constitutiones sunt approbatae ; de emendationibus factis positivum iudicium fertur ; dum S. Congregatio nullatenus intendit positiva quadam sanctione probare libros continentes consuetudines, preces, etc., sed negative tantum examinare si forte quid corrigendum ferant.

---

34. — S. CONGR. DE RELIGIOSIS

RESPONSUM 22 MAI 1919

Circa dependentiam Monialium ab Ordinariis in Gallia et Belgio

(A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 240)

A pluribus Episcopis nec non Religiosis Communitatibus propositum fuit dubium :

Dubium. « An Monasteria Monialium, quarum vota ex Instituto sunt sollemnia, « sed ex S. Sedis praescripto sunt simplicia, in Gallia et Belgio ab Ordi- « nariis locorum dependeant eadem ratione ac ante Codicis promulgatio- « nem ».

Responsum. S. Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit : « Sup- « plicandum SS^mo ut decernere dignaretur nihil innovandum esse in « dependentia Monialium praedictarum ab Ordinariis locorum in Gallia « et Belgio, prout post restaurationem ab uno saeculo et amplius hucus- « que observatum est : cauto tamen quod nulla potestas sit Episcopis ad « immutandas Regulas antiquorum Ordinum aut Constitutiones Monia- « lium a S. Sede approbatas ».

In audientia infrascripto Secretario concessa die 13 maii 1919 SS^mus resolutionem approbavit et, ut publici iuris fieret, mandavit.

Dies (13-22 maii 1918.) Datum Romae ex Secretaria S. C. de Religiosis, die 22 maii 1919.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., Secretarius.

ANNOTATIO

Haec resolutio opportune proponitur. Cum enim Moniales, quae vota simplicia faciunt Monialibus votorum sollemnium in multis casibus Codice (c. 488, 70) assimulentur, dubitari poterat num tam strictae ac antea dependentiae erga Ordinarios locorum subderentur. Quod tamen plerique scriptores iam asserebant. I. C., S. I.

---

35. — S. CONGR. DE RELIGIOSIS

RESPONSA 15 IUL. 1919

Circa decretum « inter reliquas », de religiosis servitio militari astrictis

(A. A. S. 1 aug. 1919, 11, 321.)

Occasio dubii est silentium Codicis,

Cum in Codice Iuris Canonici nihil habeatur circa ea quae continentur in Decreto de Religiosis servitio militari astrictis, a S. Congregatione de Religiosis, sub die 1a ianuarii 1911 dato, dubium nonnullis exortum est utrum adhuc praedictum Decretum vigeat post Codicis promulgationem.

quod ex adiunctis temporum explicatur.

Haec autem S. Congregatio, attenta negotii gravitate, animadvertendum censet in Codice Iuris Canonici nullam haberi potuisse rationem praefati Decreti *Inter reliquas*, nec eiusdem praescripta Canonibus inserta fuisse, cum idem Decretum, natura sua, ad circumstantias temporum et locorum habeat relationem, nec generalis legis ecclesiasticae rationem induere possit. Etenim iuxta can. 614 : « Religiosi, etiam laici ac novitii, fruuntur privilegiis clericorum de quibus in can. 119-123 » ; quae inter canon 121 absolute edicit : « Clerici omnes a servitio militari ... immunes sunt ».

Cum perseverent causae Decreti, istud vigere perget.

Cum autem causae ob quas datum fuerit Decretum *Inter reliquas*, difficultate temporum perseverent, et viri religiosi, etiam professi, ad servitium militare, pluribus in regionibus, cogantur, nullo habito respectu ad eorum statum, quo Dei servitio iam fuerint mancipati, consequens est praescripta eiusdem Decreti in suo robore esse servanda.

Dubia.

Propositis igitur dubiis :

1) utrum decretum *Inter reliquas* S. Congregationis Religiosorum, diei 1ae ianuarii 1911, de Religiosis servitio militari astrictis adhuc vigeat ;

et quatenus affirmative :

2) utrum novitii servitio militari astricti, absoluto novitiatu, vota religiosa temporanea emittere debeant ad triennium iuxta modum in can. 574 expressum ;

haec Sacra Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit prout respondet :

ad primum *affirmative ;*

ad secundum *negative ; et vota temporanea emittantur valitura usque ad servitium militare.*

Responsa.

Quapropter statuit S. Congregatio, ut :

1) vota praedicta cessent eo die quo Religiosus militiae effective ascriptus et disciplinae militari subiectus evadit, vel inhabilis ad militiam absolute et in perpetuum declaratur ;

2) perdurante militari servitio, alumnus, quamvis votis religiosis non sit ligatus, tamen membrum religionis esse perseverat, sub auctoritate suorum Superiorum, qui de eo curam habere debent forma praescripta in Decreto *Inter reliquas*, nn. IV et V. Attamen, ad normam can. 637, alumnus potest libere religionem deserere, praemonitis Superioribus per declarationem in scriptis vel coram testibus, quae declaratio caute in Archivo Ordinis vel Instituti servetur ; Religio pariter potest eum, ob iustas et rationabiles causas, dimissum declarare ;

3) ad praecavendam autem dubitationem omnem circa professiones, quae forte post promulgationem Codicis bona fide emissae sunt contra praescriptum Decreti *Inter reliquas*, S. Congregatio facultates tribuit Superioribus eas sanandi, dummodo accedat consensus Religiosi, in scriptis declarandus ac in Archivis servandus.

Facta autem de his relatione SS^mo D. N. Benedicto Pp. XV in audientia diei 15 iulii 1919 ab infrascripto Card. Praefecto, Sanctitas Sua praedicta omnia approbavit et publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, die et anno praedictis. *Dies (15 iul. 1919.)*

R. Card. Scapinelli, *Praefectus.*
Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., Secretarius.

Annotationes

I. Intentio S. Congregationis fuit, ut, imitando exemplum S. C. S. *Officii*, in extraordinaria ratione qua, contra spiritum suae vocationis religiosi militiam agere cogebantur, reperiret causam urgendi, etiam nunc, decretum *Inter reliquas*, 1. ian. 1911, *De servitio militari religiosorum*, quod per se dici debuit Codice abrogatum. Decretum *Inter reliquas*, cum annotationibus habetur in *Per.* t. V. p. 282-284; et decl. 1 febr. 1912, in t. VI, p. 199.

II. Responsa autem 15 iul. 1919 non solum declararunt permanentem istius decreti vigorem, sed praeterea istud ad novam disciplinam votorum temporariorum aptare studuerunt.

Iusserunt itaque ut astricti servitio militari (ordinario) vota facerent non ad triennium, sed usque ad servitium militare, i. e. usque ad diem qua, iussi se praesentes sistere militari Consilio, vel effective idonei declararentur et subiecti disciplinae militari, vel absolute et in perpetuum inhabiles renuntiarentur.

In priore casu, donec servitium militare expleverint, nulla professione religiosa ligantur vel ligari possunt.

In altero casu, etiam vota cessant, cum nunc, modo stabili, ipsis consuli possit; sed, pro elapso spatio votorum triennalium et merito suo, ad professionem perpetuam, simplicem vel sollemnem, vel ad renovandam professionem temporariam admittentur.

Quid autem, si, ut saepe accidit, sententia definitiva *differatur*, et religiosi declarentur ad tempus exempti? Servabunt tunc sua vota temporaria, facta ad diem incertam pronuntiationis definitivae.

Quid etiam, si sententia definitiva habiles sint declarati et ideo « incorporati », sed simul, v. g. ad studia perficienda, obligatio militandi ipsis ad plures, v. g. quinque annos differatur? Cum tunc nondum disciplinae militari sint subiecti, eodem modo respondendum est, vota temporaria servari.

III. Durante servitio militari, alumnus religionem libere deserere potest : requiritur tantum ut Superiores praemoneat per declarationem scriptam, vel verbalem, coram testibus factam et caute in archivo religionis servandam : authentica relatio monitionis verbalis supponitur a Superiore confecta fuisse.

Potest quoque, ob iustas et rationabiles causas, a religione declarari dimissus.

Si neutrum accidat, manet in religione, sine votis, quasi in conditione novicii, sub auctoritate, non iam dominativa sed domestica Superiorum qui de eo curam habere debent. Et quia in religione manet, tempus militiae videtur computari posse, non quidem pro spatio votorum temporariorum, sed in annis necessariis ad habendam vocem activam et passivam.

Ex c. enim 578, 3°, tempus istud computatur a prima professione (nisi constitutiones aliud decernant).

IV. Facultas fit Superioribus sanandi professiones quae, post promulgatum Codicem (27 maii 1917), bona fide emissae sint contra praescriptum decreti *Inter reliquas*, dummodo accedat consensus religiosi, in scriptis declarandus et in archivo servandus. Hoc tamen non valet nisi de iis qui servitio militari non iam astricti sint : sanatio enim supponit causam nullitatis esse suppressam. Vota autem devotionalia non impediuntur et prudenter suaderi possunt.

---

36. — S. CONGR. DE RELIGIOSIS

RESPONSUM 10 IUL. 1919

Circa ritus in professione monialium servandos

(A. A. S. 1 aug. 1919, 11, 323.)

Dubium. « An resolutiones S. C. EE. et RR., sub die 18 iulii 1902 ad I, et « 15 ianuarii 1903 ad I et II, circa modum servandum in emittenda simplici et sollemni Monialium professione post editum Decretum *Perpensis* « diei 2 maii 1902, vigeat post inductam a Codice Iuris Canonici professionem votorum temporaneorum, quae votis sollemnibus praemitti « debeat ? »

Responsum. S. Congregatio, omnibus mature perpensis, respondendum censuit : *Negative*, et ad mentem. « Mens est ut professioni sollemni reserventur « ritus illi omnes et caeremoniae quae ad perpetuitatem status referuntur ; « ad professionem vero temporaneam sufficit ut, ad normam canonis 577, « § I, n. 6, a legitimo Superiore secundum Constitutiones per se vel per « alium recipiatur ».

Dies (10 iul. 1919.) Datum ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 10 iulii 1919.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., Secretarius.

ANNOTATIO

Post Decretum *Perpensis*, quo in monasterio monialium introducta est professio votorum simplicium, quaestio mota est de professione cui sollemnis ritus coniungendus foret. Et quia tunc prima professio erat simplex sed *perpetua*, S. C. *Ep. et Reg.* die 18 iul. 1902 ad I (Cf. nostrum. *De religiosis*, II, n. 65, p. 186), respondit caerimoniale receptum, in prima professione esse servandum. Nunc autem, cum prima professio non iam sit nisi temporaria, prudenter responsum diversum datum est, sollemnitatem reservandam esse professioni sollemni, cum tunc tantum veritatem habeant ritus et caerimoniae quae perpetuitatem status significare solent.

37. — S. CONGR. DE RELIGIOSIS

RESPONSUM 6 OCT. 1919

Circa professionem Religiosorum laicorum in Ordinibus Regularibus

(A. A. S. 3 nov. 1919, 11, 420)

Dubium. Huic S. Congregationi de Religiosis propositum fuit dubium : « An « Religiosi laici seu conversi in Ordinibus Regularibus, qui iam emiserunt « vota simplicia ante diem 19 maii 1918, ad normam Decreti *Sacrosancta* « *Dei Ecclesia* diei 1 ianuarii 1911, debeant emittere vota sollemnia iuxta « praescripta dicti Decreti, scilicet absoluto sexennio votorum simplicium « et expleto trigesimo aetatis anno, vel potius ad normam Canonum 573 « et 574 Codicis Iuris Canonici, id est expleto triennio votorum simplicium « et vigesimo primo aetatis anno completo ».

Responsum. Sacra eadem Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit prout respondet :

Negative ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Et Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Pp. XV, in audientia diei 6 octobris 1919, infrascripto Secretario benigne concessa, praefatam responsionem approbare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (6 oct. 1919.) Datum Romae, die 6 octobris 1919.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., Secretarius.

ANNOTATIO

Non mediocris hac declaratione inducitur mutatio in disciplina professionum sollemnium religiosorum laicorum, ita ut, derelictis normis quibus exigebatur maior aetas et diuturnior probatio votorum simplicium, Fratres conversi ad communes omnibus regulas redigantur. Causa mutationis

esse potuit facilitas qua nunc ipsa sollemnitas votorum decreto saecularizationis tollitur. Ni fallimur tamen, non paucae exceptiones ab isto iure a Praepositis Generalibus Ordinum religiosorum petentur. Decretum *Sacrosancta* habetur in *Per.* t. V, p. 274. Cf. quoque, t. VI, p. (V).

38. — S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM 15 IAN. 1919

De Missionariis e militia redeuntibus [1]

(A. A. S. 1 febr. 1919, 11, 51)

Decretum Redeuntibus

La Sacra Congregazione Concistoriale ha emanato un opportunissimo decreto *De clericis e militia redeuntibus* in data 25 ottobre 1918, che è stato pubblicato nel n. 12 degli *Acta Aposiolicae Sedis* del decorso anno (vol. X, pag. 481).

ad subditos S. C. de P. F. extenditur.

Ora questa S. Congregazione di Propaganda, estendendo le disposizioni del citato decreto agli Istituti, Seminari e Collegi di missioni, soggetti alla sua giurisdizione, stabilisce che i missionari e gli alunni dei medesimi debbano presentarsi entro il termine fissato di dieci giorni, in luogo dell'Ordinario, al rispettivo Superiore, anche nel caso che i missionari e gli alunni non siano stati escardinati dalla propria Diocesi.

Cui satisfaciendum ante reditum in missiones.

Ordina inoltre che nessuno dei missionari o alunni ritornati dalla milizia possa essere rinviato nei luoghi di missione, senza che prima abbia compiuto l'ingiunto corso di esercizi spirituali e tutte le altre prescrizioni del citato decreto della S. Congregazione Concistoriale.

Dies (15 ian. 1918.)

Roma, 15 gennaio 1919.

G. M. Card. VAN ROSSUM, *Prefetto.*
C. Laurenti, Segretario.

ANNOTATIO

Decretum istud mere traducit ad missionarios et alumnos institutorum quae S. C. *P. F.* obnoxia sunt, decretum S. C. *Cons.* 15 oct. 1918. De quo decreto adeantur *Per.* t. IX, p. 124.

---

[1] Versio latina: S. Congr. Consistorialis fecit maxime opportunum decretum *De clericis e militia redeuntibus* d. 25 oct. 1918, quod in lucem prodiit in n. 12 periodici A. A. S. currentis anni (vol. X, p. 481).

Nunc vero haec S. Congr. de P. F., extendendo praescripta citati decreti ad Instituta, Seminaria et Collegia missionum, suae iurisdictioni subiecta, iubet ut missionarii et alumni illorum se sistant intra tempus definitum 10 dierum, non suo Ordinario, sed suo quisque Superiori, etiam si missionarii et alumni e propria dioecesi non fuerint excardinati.

Praescribit praeterea neminem e missionariis vel alumnis e militia reducibus posse iterum mitti in loca missionum, quin prius exercitia spiritualia iniuncta obierint et satis fecerint omnibus aliis quae in dicto decreto S. C. Cons. statuta sunt.

39. — S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM 22 IUL. 1919

Circa nominationem visitatoris Apostolici in missiones sinensis Regionis finitimorumque Regnorum

(A. A. S. 1 dec. 1919, 11, 463)

Diffusio fidei christianae in Sinis facilior et felicior

Cum in amplissimae Sinensis regionis ac finitimorum regnorum missionibus, laeta, Deo adiuvante, his postremis temporibus, catholica fides incrementa susceperit, ac ampliori libertate a publicis auctoritatibus ipsa donata sit, hoc Sacrum Consilium christiano nomini propagando, earum missionum necessitatibus commodisque optat uberius prospicere ut, uniformi ad sacrorum canonum normam roborata disciplina atque animorum viriumque inter varias Missiones arcta consociatione firmata, ad feliciores progressus res christiana adducatur.

suadet ut Visitator nominetur, qui cum Praesulibus de rebus ordinandis consulat.

Qua de re, ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Cardinali Praefecto, facta relatione SSmo D. N. Benedicto PP. XV in audientia diei 17 iulii c. a. 1919, Sanctitas sua decrevit ut Apostolicus Visitator in Sinenses regiones ac finitima regna mitteretur, eo fine et consilio ut, de mandato atque auctoritate Apostolicae Sedis Missiones perlustrans, omnia accurate investigaret de praesenti Missionum statu ac necessitatibus ; consultisque eorum Praesulibus, praesertim de futuro, si fieri queat, antistitum omnium cogendo generali conventu, cum iis agat de iisdem negotiis ; et postea, peracta integra visitatione, Romam veniat ut Sedi Apostolicae ea proponat quae sibi maxime opportuna videantur ad maiora catholicae religionis incrementa promovenda ; datis interim, si quae moram haud patiantur, provisionibus, quas magis in Domino expedire iudicaverit, ac ceteris peractis quae, iuxta traditas eidem Visitatori Apostolico per ipsam S. Congregationem instructiones, demandata fuerint.

Nominatur R. P. I. B. de Guébriant.

Hoc autem Visitatoris Apostolici munus, eadem Sanctitas Sua committendum iussit R. P. D. Ioanni Baptistae de Guébriant, Vicario Apostolico de Canton, quem egregiae animi dotes ac rerum experientia ad id officium apprime commendant ; cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis.

Qua super re praesens decretum confici Sanctitas Sua iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (22 iul. 1919.)

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 22 iulii 1919.

G. M. Card. VAN ROSSUM, *Praefectus.*
C. Laurenti, Secretarius.

40. — S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

ACTA SUMMATIM RELATA

Privilegia piae unioni cleri pro missionibus concessa, 20 mart. 1919.

1. In audientia 20 mart. 1919 Cardinali Praef. S. Congr. de P. F. SS. Dominus concessit sacerdotibus ascriptis vel ascribendis piae unioni cleri pro missionibus qui ad confessiones audiendas sint approbati facultatem : 1) benedicendi coronas septem Dolorum B. M. V., cum applicatione omnium indulgentiarum his coronis tribui solitarum ; 2) benedicendi et imponendi, sub *unica* formula scapularia. (Cf. infra, n. **54**, p. 95). Praeses Unionis pro singulis regionibus a Card. Praefecto S. C. de P. F. nominabitur et statuta unionis pro locorum necessitate mutari poterunt. (A. A. S., 1 maii 1919, 11, 179.)

Praeses « piae Unionis missionariae », in Hollandia.

2. Decreto 11 apr. 1919, R. P. D. Henricus Van de Wetering, archiep. Ultraiectensis ab Em. Cardin. Praefecto S. C. de Prop. F. praeses designatus est « piae unionis cleri pro Missionibus in Hollandia. » (Cf. supra, n. 1). (A. A. S., 2 iun. 1919, 11, 241.)

Iurisdictio Delegati Apost. Australasiae.

3. *Extenditur iurisdictio Delegati apostolici in Australasia.* Decreto 20 maii 1919, iurisdictio Delegati apostolici Australasiae quae hucusque Australiam proprie dictam et Missiones Novae Zelandiae restrictive attingebat, deinceps ad omnes quoque missiones totius Oceaniae insularis et insularum Malesiae extenditur. (A. A. S., 4 iul. 1919, 11, 285.)

I C., s. I.

---

41 — S. RITUUM CONGR.

ROMANA, 10 IAN. 1919

Dubia de occurrentiis

(A. A. S. 1 febr. 1919, 11, 58)

Dubia.

Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia, pro opportuna solutione, proposita fuerunt ; nimirum :

I. An occurrente Vigilia S. Thomae Ap. in Feria Quatuor Temporum, de qua fit Officium cum respondente Missa, legendum sit Evangelium Vigiliae in fine Missae ?

II. Si in Festo de quo recitatur Officium cum Missa, etiam Feria et Vigilia vel duae Vigiliae simul occurrant, de quanam legi debeat Evangelium in fine Missae ?

Solutio.

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, re mature perpensa, respondendum censuit :

Ad I. *Affirmative* iuxta Rubricas et Decreta.

Ad II. De illa dicitur Evangelium in fine, de qua primo facta est Commemoratio. Quod si hoc Evangelium sit idem de Festo, tunc Evangelium in fine erit de altera quae secundo loco commemoratur, iuxta Decretum n. 3844 *Romana* 5 februarii ad IX.

Dies (10 ian. 1919).

Atque ita rescripsit et declaravit, die 10 ianuarii 1919.

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

Annotationes

Iuxta *Rubricas generales Missalis* (Tit. XIII. 2) in fine Missae semper legitur Evangelium s. Ioannis *In principio*, « nisi quando fit de **Festo** in aliqua Dominica, vel Feria, quae habet Evangelium proprium, quod legitur eius loco... In Vigiliis, quae occurrunt in Quadragesima vel Quattuor Temporibus, non legitur Evangelium Vigiliae in fine Missae. Et similiter in Missis votivis numquam legitur in fine aliud Evangelium, nisi S. Ioannis. »

Ab hac regula *Rubricae in Missarum celebratione servandae ad normam Bullae* « *Divino afflatu* » paululum deflexerant in Tit. X, 3, ubi statuebatur : « Quotiens extra ordinem Officii cantetur vel legatur aliqua Missa, si facienda sit commemoratio aut Dominicae, aut Feriae, aut Vigiliae, semper de hisce etiam Evangelium in fine legatur » ; unde evenire iam poterat ut in Missis votivis aliud Evangelium in fine legendum fuerit quam illud S. Ioannis. Hoc tamen non obtinebat pro Missis Feriae vel Vigiliae, ut clare patet ex Rubricis specialibus quales inveniuntur in Missalibus tunc impressis. Pro Vigilia enim S. Thomae Apostoli legitur : « Si autem haec Vigilia venerit in Quattuor Temporibus, de ea fit tantum commemoratio », nihil addito de ultimo Evangelio ; et in Vigilia S. Ioannis Baptistae tunc assignata Sabbato ante Dominicam IV iunii, legitur : « Si haec Vigilia occurrat eadem die cum Vigilia anticipata Ss. Apostolorum Petri et Pauli, dicitur Missa ut supra cum secunda oratione ex Missa Vigiliae Ss. Apostolorum et tertia de S. Maria ; et in fine Missae dicitur Evangelium S. Ioannis : *In principio.* »

Porro, novae rubricae regulam generalem statuunt : « In **qualibet Missa** in qua facta fuerit Commemoratio de Dominica, licet anticipata vel, etiam quod ad Officium reposita, de Feria Quadragesimae a die Cinerum inclusive, Temporis Passionis, Quattuor Temporum, et II Rogationum, de Vigilia qualibet,..... legitur Evangelium Dominicae, Feriae, Vigiliae... in fine, dummodo hoc (etsi tantum a principio) non sit idem Evangelium quod lectum fuerit in Missa. Si autem Feria et Vigilia, vel duae Vigiliae simul occurrant, de ea dicitur Evangelium de quo primo facta est Commemoratio. » Et novam hanc regulam, ex parte saltem hoc decreto promulgare voluit S. R. C. Dico saltem ex parte ; nam ulterius progreditur nova rubrica ; etenim non solum quando fit Commemoratio de Dominica, aut de Feria Quadragesimae, Quattuor Temporum vel II Rogationum, aut de Vigilia, legendum est eius Evangelium in fine, sed etiam in qualibet Missa in qua facta fuerit Commemoratio de die octava Epiphaniae aut de die infra octavam I ordinis, in fine

legitur Evangelium de praedicta die octava Epiphaniae vel de die infra octavam Paschae vel Pentecostes. Immo « si nullum Dominicae, Feriae, Vigiliae, aut alicuius ex octavis supra recensitis, Evangelium in fine Missae fuerit legendum, dicitur ultimum pariter Evangelium Missae sive officii primo loco inter cetera quae Evangelium stricte proprium (et non appropriatum, vel ex aliquo Communi assignatum, vel per Octavam e Festo repetitum) habeant, commemorati. » Nondum bene patet quid hic intellegendum sit per Evangelium proprium, quod contra-distinguitur contra Evangelium appropriatum. Nonnulli [1] putant per Evangelium proprium intellegi tantum Evangelium in quo mentio fit ipsius sancti vel mysterii, quo sensu pauca valde sunt Evangelia propria. Nihilominus probabiliter, nostro sensu cum aliis [2] sustineri potest, Evangelia propria hic intellegi illa quae semel tantum in anno vel rarissime occurrunt, quae ideo tunc in fine Missae praescribuntur legenda ne penitus omittantur. In hac varietate sententiarum exspectanda est huius Rubricae authentica interpretatio a S. R. C. una cum Elencho Evangeliorum quae relate ad hanc Rubricam habenda sunt ut propria.

Ios. Pauwels, s. I.

---

42. — S. RITUUM CONGR.

RESPONSUM (URBIS ET ORBIS), 26 FEBR. 1919

De Missa votiva sollemni Ssmi Sacramenti, vel de Pace, omittenda in Oratione XL Horarum, die Commemorationis omnium fidelium defunctorum

(A. A. S. 1 apr. 1919, 11, 142)

Occasio dubii.

Ex Constitutione Apostolica *Incruentum Altaris Sacrificium* Ssmi Dni nostri Benedicti Papae XV diei 10 augusti 1915 permittitur Expositio Ssmi Sacramenti pro Oratione XL Horarum etiam die Commemorationis omnium fidelium defunctorum. Attamen Missae de Requie cum vestibus sacerdotalibus coloris violacei non sunt celebrandae ad Altare Expositionis.

Per eandem Constitutionem et subsequentem S. R. C. declarationem seu Decretum *Urbis et Orbis*, diei 28 februarii 1917, Commemoratio omnium fidelium defunctorum Festis sollemnioribus primariis ritus duplicis primae classis aequiparatur.

---

[1] Ephemerides liturgicae *Anno XXXV ; Ianuarii* 1921 p. 30. Cf. etiam hac de re dissertationem supra p. (5).

[2] Aloisius Barin, *In Novissimas Rubricas Missalis Romani*. Commentarius 1920, p. 270.

Hisce praemissis, quaeritur : Licebitne adhuc celebrare unicam Missam sollemnem de Ssmo Sacramento, vel de Pace, de qua sermo est in Instructione Clementina et in Decreto generali S. R. C., n. 3864, diei 9 iulii 1895, ad 4. pro Oratione XL Horarum, quando dies expositionis vel repositionis, aut medius incidit in diem Commemorationis omnium fidelium defunctorum ? **Dubium.**

Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, praepositae quaestioni, omnibus sedulo perpensis, respondendum censuit : *Negative*, et ad mentem. **Responsum.**

Mens autem est : « In Ecclesiis ubi die Commemorationis omnium « fidelium defunctorum fiat Oratio XL Horarum cum Ssmo Sacramento « sollemniter exposito, huiusmodi expositio sequatur, repositio vero cum « processione praecedat Missam cantatam de die Commemorationis « omnium fidelium defunctorum ». Et Sacra eadem Congregatio, approbante Ssmo Domino nostro Benedicto Papa XV, ita rescripsit, declaravit et servari mandavit. Die 26 februarii 1919. *Dies (26 febr. 1919.)*

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

---

43. — S. RITUUM CONGR.

RESPONSUM ALBINGANEN., 10 IAN. 1919

Dubium de exsequiis in Commem. Omnium Fidelium

(A. A. S. 1 apr. 1919, 11, 143)

Rmus Ordinarius Albinganensis Dioecesis a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humiliter expostulavit, nimirum : **Dubium.**

Utrum, attenta Constitutione Apostolica *Incruentum Altaris sacrificium*, diei 10 augusti 1915, in Commemoratione Omnium Fidelium defunctorum, liceat canere Missam pro defuncto, praesente cadavere ?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuit :

Affirmative, iuxta Rubricas et Decreta. Missa autem sit una ex tribus Missis quae dicuntur in Commemoratione Omnium Fidelium defunctorum : et Orationi Missae addatur Oratio pro defuncto, sub unica conclusione. **Responsum.**

Atque ita rescripsit et declaravit, die 10 ianuarii 1919. *Dies (10 ian. 1919.)*

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

Annotationes

Ante reformatas Rubricas, Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum regebatur Decreto generali 3864, diei 9 iulii 1895, in quo inter alia haec statuebantur : IV. « Si autem in sollemni hac Defunctorum Commemoratione Expositio SS. Sacramenti habenda sit pro Oratione XL horarum, Missa unica de eo non omittatur : sed reliquae sint pro Defunctis,

ad altare expositionis non dicantur et celebrentur in colore violaceo. » V. « Denique si in eandem diem incidat alicuius obitus vel depositio, Missa exsequialis pro defuncto cantetur, altera tamen non omissa pro omnibus defunctis iuxta Rubricas; reliquae vero dicantur ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. » Postquam autem ex Decreto *Urbis et Orbis*, diei 28 februarii 1917, haec Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum Festis sollemnioribus primariis ritus 1 classis iam aequiparatur, haec novo huic ritui adaptari debuere, quod duplici hoc decreto factum est.

I. Sollemnis expositio SS. Sacramenti pro adoratione XL horarum hac die quidem non prohibetur; prohibentur tamen Missae votivae sollemnes de SS. Sacramento vel de pace, sicut in aliis duplicibus 1 classis prohibitae sunt. Cum autem neque celebrari possit Missa de die cum Commemoratione Missae votivae, expositio SS. Sacramenti sequatur, repositio vero praecedat Missam cantatam de die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. Missae privatae de die dici quidem poterunt durante expositione ad alia altaria, in colore violaceo; quae dispositio in novis Rubricis fuit inscripta: « Quaelibet Missa Defunctorum, etiam in die aut pro die obitus, in ecclesiis ubi habetur expositio SS. Sacramenti, prohibetur toto tempore expositionis, praeter quam Missae de Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. » *(Add. et Var. in Rubricis Missalis III, 12).* « Missa quaelibet semper retinet colorem proprium, praeter Missas de Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, tempore expositionis SS. Sacramenti celebratas, quae dicuntur in colore violaceo » *(Ibid. X, 1).* Haec etiam applicari posse videntur Adorationi perpetuae uti fit in nostris regionibus, reliquae vero expositiones SS^{mi} hac die durante tempore Missarum dicendae sunt prohibitae.

II. In duplicibus primariis 1 classis universalis Ecclesiae, Missa pro die obitus prohibetur; propter tamen indolem specialem huius Commemorationis visum non est hanc prohibitionem etiam ad hanc diem extendere. Missa tamen in casu non iam dicetur ut in die obitus, sed de Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, addita sub unica conclusione oratione pro defuncto. Clarius regula traditur in novis Rubricis (III, 4) « Quod si in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum agatur funus alicuius defuncti, sumatur prima Missa, et in ecclesiis et oratoriis ubi prima Missa sollemniter celebrata fuerit, aut pro officio diei distincte sit deinceps celebranda, dicatur secunda aut demum tertia Missa; addita tamen in ipsa Missa exsequiali, sub unica conclusione, Oratione pro eodem defuncto, ut pro die obitus. »

Ios. Pauwels, s. I.

44. — S. RITUUM CONGR.

RESPONSUM VICAR. APOST. GABONEN., 8 MART. 1919

De benedictionibus et sacramentalibus pro catechumenis

(A. A. S. 1 apr. 1919, 11, 144)

Dubium.

Rmus Dnus Ludovicus Martrou, e Congregatione Spiritus Sancti, episcopus titul. Corycen. et Vicarius apostolicus Gabonen., a S. Rituum Congregatione reverenter expostulavit :

« An benedictiones imprimis impertiendae catholicis quae, iuxta can. « 1149 Codicis Iuris Canonici, dari quoque possunt catechumenis, intelligi « debeant etiam de sacramentalibus publicis ac proinde admitti possint « catechumeni ad impositionem cinerum, traditionem candelarum et palmarum ? »

Responsum.

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, respondendum censuit : *Affirmative.*

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 8 martii 1919.

Dies (8 mart. 1919.)

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

---

45. — S. RITUUM CONGR.

RESPONSUM, 8 MART. 1919

De nomine antistitis exprimendo in Canone Missae

(A. A. S. 1 apr. 1919, 11, 145)

Dubium *de c. 294 C. I. C.*

Ex canone 294 Codicis Iuris Canonici, ubi legitur « Vicarii et Praefecti « Apostolici iisdem iuribus et facultatibus in suo territorio gaudent, « quae in propriis dioecesibus competunt episcopis residentialibus, nisi « quid Apostolica Sedes reservaverit », exortum est et Sacrae Rituum Congregationi propositum, pro opportuna declaratione, sequens dubium, nimirum :

« An Vicariis et Praefectis Apostolicis de novo iure competat, in proprio « territorio, ut nominentur in Canone Missae ? »

Responsum.

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, attento etiam can. 2 et altero 308 Codicis Iuris Canonici omnibusque perpensis, respondendum censuit *Negative* iuxta rubricas et decreta ; quia de iure adhuc vigente, in Canone Missae, post verba *Antistite nostro* exprimendum est tantum nomen Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi qui sint Ordinarii loci, et in propria Dioecesi.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 8 martii 1919.

Dies (8 mart. 1919.)

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

ANNOTATIONES

Ex canone 2 « omnes liturgicae leges vim suam retinent, nisi earum aliqua in Codice expresse corrigatur. » Iam vero rubrica Missalis *(Ritus servandus in celebratione Missae* VIII, 1) haec habet : « Cum [in canone] dicitur *et antistite nostro N.* specificatur nomen Patriarchae, Archiepiscopi vel Episcopi ordinarii in propria dioecesi. » Porro, si Vicarii et Praefecti apostolici ex canone 198 veri sunt « Ordinarii loci » necnon ex canone 294 « iisdem iuribus et facultatibus in suo territorio gaudent, quae in propriis dioecesibus competunt episcopis residentialibus », tamen ibi propriam dioecesim non habent, ac proin dici non potest ex hoc canone ipsos in suo territorio ius habere ut in canone nominentur.

Ios. PAUWELS, S. I.

46. — S. RITUUM CONGR.

PRAEFATIONES IN MISSALI ROMANO INSERENDAE
(A. A. S. 1 maii 1919, 11, 190)

I

Praefatio in missis defunctorum

Per omnia saecula saeculorum.
R. Amen.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.
V. Sursum corda.
R. Habemus ad Dominum.
V. Gratias agamus Domino Deo nostro.
R. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, per Christum Dominum nostrum. In quo nobis spes beatae resurrectionis effulsit : ut quos contristat certa moriendi conditio, eosdem consoletur futurae immortalitatis promissio. Tuis enim fidelibus, Domine, vita mutatur, non tollitur : et dissoluta terrestris huius incolatus domo, aeterna in caelis habitatio comparatur. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes.

DECRETUM (URBIS ET ORBIS) 9 APR. 1919

De insertione in Missale et usu novae Praefationis in Missis defunctorum
(A. A. S. ibid.)

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, suprascriptam Praefationem propriam,

in Missis Defunctorum ubique locorum in posterum recitandam, approbavit, atque in futuris Missalis Romani editionibus rite inserendam iussit. Die 9 aprilis 1919.

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

II

Praefatio in Festis S. Ioseph, sponsi B. Mariae Virginis

(A. A. S. 1 maii 1919, 11, 191)

Sequens Praefatio dicitur in Festo, in Sollemnitate et per Octavam S. Ioseph. In Missis votivis dicitur : *Et te in veneratione.*

Per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

V. Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus : Et te in Festivitate beati Ioseph debitis magnificare praeconiis, benedicere et praedicare. Qui et vir iustus, a Te Deiparae Virgini Sponsus est datus : et fidelis servus ac prudens, super Familiam tuam est constitutus : ut Unigenitum tuum, Sancti Spiritus obumbratione conceptum, paterna vice custodiret, Iesum Christum Dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Coeli, coelorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exsultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes.

DECRETUM (URBIS ET ORBIS) 9 APR. 1919

De insertione in Missale et usu novae Praefationis in Missa S. Ioseph

(A. A. S. ibid.)

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, pro sua quoque pietate erga Sanctum Ioseph, Beatae Mariae Virginis Sponsum et Catholicae Ecclesiae Patronum, suprascriptam Praefationem propriam, in Missis de eodem Sancto Ioseph ubique locorum in posterum adhibendam, approbavit, atque in futuris Missalis Romani editionibus rite inserendam iussit. Die 9 aprilis 1919.

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

ANNOTATIONES

Novum quid et a multis iam saeculis inauditum in liturgia his decretis introducitur. In liturgia enim romana iam a saeculo XII, 11 tantummodo adhibebantur praefationes quae hucusque solae in Missali romano inveniebantur. His nunc duae novae adduntur : altera de S. Ioseph, altera de defunctis. Animadvertere iuvat, si per multa saecula in liturgia romana numerus praefationum fuit valde restrictus, idem non obtinuisse neque in ceteris liturgiis, neque primis saeculis in ipsa liturgia romana : in Missali enim Ambrosiano inveniuntur 263 praefationes pro 336 missis, in Sacramentario Gregoriano 214 praefationes pro 291 missis, immo in Sacramentario Leoniano 269 praefationes pro 281 missis [1]. Nec desunt scientiae liturgicae periti qui dolent harum quasdam saltem obsolevisse, quique novae huic iurisprudentiae confisi, sperant mox et alias praefationes introductum iri uti v. g. de tempore Adventus in anno liturgico tam praestanti, et de S. Ioanne Baptista qui semper in Ecclesia cultu omnino speciali fuit honoratus, eo magis quod in antiquis Sacramentariis de his pulcherrimae inveniuntur praefationes [2].

Quod ad textum novarum praefationum attinet, ex veteris Sacramentariis desumi non potuit praefatio de S. Ioseph cuius cultus in Ecclesia est satis recens, cum Gregorius XV eius festum ad ritum sollemnem primum elevaverit; ideoque exstructa est ad instar praefationis B. Mariae Virginis. Praefatio vero mortuorum deprompta est ex veteri liturgia gallicana in qua legitur praefatio quae nonnullis tantum verbis a nostra differt.

Ios. PAUWELS, S. I.

---

47. — S. RITUUM CONGR.

RESPONSUM (MARIANOPOLITANA), 17 APR. 1919

De Missa et Communione durante expositione SS. Sacramenti

(A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 246)

R^mus D^nus Paulus Bruchési, Archiep. Marianopolitanus, Sacrae Rituum Congregationi ea quae sequuntur, reverenter exposuit ; videlicet :

Dubia. « In nonnullis ecclesiis et oratoriis publicis vel semipublicis, ubi « Ss^mum Eucharistiae Sacramentum legitime asservatur, usus quidam « introductus est, ut Missae cantatae vel lectae coram Ss^mo Sacramento

---

[1] LES QUESTIONS LITURGIQUES ET PAROISSIALES. 1919, n. 1, p. 22.
[2] IBID.

« sollemniter exposito in Altari celebrentur, atque intra vel extra Missas « in eodem Altari, durante expositione, Sancta Communio Christifidelibus « administretur. Hinc idem Archiepiscopus postulavit : Utrum hic usus « permitti, vel tolerari possit ? »

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, praepositae quaestioni respondendum censuit :

Responsa.

« Ad primam partem, praefatum usum *non licere*, sine necessitate, « vel gravi causa, vel de speciali indulto ; et ad secundam partem *negative*, « iuxta Decreta, et detur Decretum n. 3448 *Societatis Iesu*, 11 maii 1878, « ad I ».

Dies (17 apr. 1919.)

Atque ita rescripsit, declaravit et confirmavit, die 17 aprilis 1919.

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

Annotationes

Semper ab Ecclesiae mente aliena fuit Missae celebratio ad altare in quo Sanctissimum publice fidelium venerationi est expositum. Die 9 augusti 1670, S. R. C. iam responderat : « Non licere celebrare Missas in altari Capellae maioris ecclesiae Confratrum Societatis Boni Iesu Bononiae, exposito in eodem Ss^mo Sacramento, stante praesertim quod adsint alia altaria, in quibus celebrari possint » [1]. Et die 13 iunii 1671, prohibitionem suam iterat : « Non debere cantari Missam in altari, in quo expositum est Ss^mae Eucharistiae Sacramentum, nisi pro eo reponendo » [2]. Idemque prohibet Instructio Clementina § 12. Sed neque nostris temporibus ullo modo Ecclesia ab antiqua sua iurisprudentia recessit, uti patet ex decreto 3448 *Societatis Iesu*, 11 maii 1878, ad 1, quod decretum nostrum iterato modo inculcat. Nec aliter sentiunt qui in scientia liturgica primos locos tenent, ut v. g. Gardellinus in suis *Commentariis in Instructionem Clementinam*, et praesertim Gavantus in *Thesauro Sacrorum Rituum* ubi dicit : « Optime monemur ex antiquorum documentis, ut abstineamus a Missa celebranda coram Sacramento, etiam in suo tabernaculo occluso » unde recte concludit id multo minus fieri debere ad altare in quo Ss^mum Sacramentum est publice expositum.

Prohibitionis plures afferri possunt rationes. Et primo quidem difficillime coram Ss^mo exposito ritus et caerimoniae servari possunt quae in celebranda Missa praescribuntur. Hoc a fortiori deducitur ex iis quae habet Caerimoniale episcoporum : « Valde opportunum est, ut Ss^mum Sacramentum non collocetur in maiori, vel in alio altari, in quo Episcopus, vel alius sollemniter est Missam, seu Vesperas celebraturus ; sed

[1] *Decr.* 1406.
[2] *Decr.* 1421.

in alio sacello, vel loco ornatissimo, cum omni decentia et reverentia ponatur. Quod si in altari maiori, vel alio, in quo celebrandum erit, collocatum reperiatur, ab eo altari in aliud omnino transferendum est, ne propterea ritus, et ordo caerimoniarum, qui in huiusmodi Missis et Officiis servandus est, turbetur, » [1] et paulo inferius « et ideo non incongruum, sed maxime decens esset ut in altari, ubi sanctissimum Sacramentum situm est, Missae non celebrarentur, quod antiquitus observatum fuisse videmus » [2].

Aliam rationem nobis suppeditat Commentarium Gardellini in Instructionem Clementinam. Exposito Ss^mo Sacramento, reverentia venerabili huic Sacramento debita exigit ut populus christianus unice adorationi sit intentus [3]. Ex alia autem parte, non minus decet, et certe vehementissimum est desiderium Ecclesiae a Pio X expressum, ut fideles qui Missae intersunt, quantum fieri potest, adducantur ad praestandam « participationem activam sacrosanctis mysteriis et publicae sollemnique Ecclesiae orationi », unde tamquam « ex fonte primo maximeque necessario genuinum hauriant spiritum christianum » [4]. Hoc autem praecipue fit vel partes agendo in precibus et canticis liturgicis alta voce aut in cantu respondendo celebranti aut vice sua partes cantus exsequendo, vel saltem sequendo ordinem Missae et recitando individuatim easdem preces quas recitat ad altare sacerdos ; quod est minimum aliquod quo tamen manifestatur voluntas sese coniungendi cum sacerdote celebrante [5]. Porro, nemo est qui non videt haec difficillime componi posse. Id adeo verum est ut S. Carolus Borromaeus, ecclesiae disciplinae ardens promotor et Ss^mae Eucharistiae cultor eximius, iusserit ne in ecclesiis Mediolani per integrum expositionis tempus ullae celebrarentur Missae, aut alia divina Officia persolverentur, ne praecise populus ab adoratione distraheretur [6]. Haec est etiam ratio cur Ecclesia prohibuerit ne ad Missas quae durante expositione ad alia altaria celebrantur campanula pulsaretur [7]. Et re quidem vera, in tota prima parte, quae sub nomine missae catechumenorum venit, nihil invenitur, immo etiam ab Offertorio ad Consecrationem vix quidquam invenitur quod directe ad cultum venerabilis Sacramenti

---

1 CAER. EPISCOPORUM, lib. 1, c. 12, c. 8.
2 IBID., n. 9.
3 GARDELLINI. *Comment. in Instructionem Clementinam*, § 12, n. 1.
4 MOTU PROPRIO *De musica sacra, 22 nov. 1903.*
5 C. CALLEWAERT I. C. L. *Liturgicae Institutiones.* De liturgia universim n. 36.
6 ACTA ECCLESIAE MEDIOLANENSIS. Cf. GARDELLINI, *Commentaria in Instructionem Clementinam*, § 12, n. 1.
7 INSTRUCTIO CLEMENTINA § 16. DECR. S. R. C. 3157, *Mechlinien.* 31 aug. 1867 ad 10 et 3448 *Soc. Iesu*, 11 maii 1878 ad 2.

referatur [1], et si Missae sacrificium reapse maximus et supremus Eucharistiae cultus est, hoc verificatur in Consecratione quando sub speciebus eucharisticis sacrificium crucis Christus iterat, et in Communione quando sub iisdem speciebus se dat in cibum animarum, qui sunt praecipui fines institutionis huius sacramenti ; sed ad hunc cultum augendum aut amplificandum, expositio Sanctissimi nihil conferre potest, cum hoc tempore Dominus sit iam sacramentaliter praesens in ipsa ara altaris.

Et inde patet multo minus adhuc decere ut Ssmum Sacramentum per Missam exponatur unice ad exteriorem sollemnitatem seu pompam augendam.

Brevi, nullo modo convenit ut ad altare in quo Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum tamquam in throno suae gloriae adorationi fidelium sollemniter est expositum, alia fiat actio liturgica quae necessario ab hac adoratione distrahere debet. Et haec est ratio cur neque liceat ad altare expositionis sacram communionem distribuere.

Neque dicas, Providentia sic disponente, ultimis his saeculis cultum publicum Sanctissimae Eucharistiae multum increvisse, ac proin leges antea in hac materia latas increscenti huic fidelium devotioni esse accomodandas. Sane ! et ingenti favore hanc cultus Ssi Sacramenti evolutionem conspicit Ecclesia ; immo nihil magis in votis habet quam ut in dies semper crescat fidelis populi devotio erga tantum Sacramentum, *quia,* ut ipsa canit, *maior omni laude, nec laudare sufficis* [2]. Sed, hoc semper fiat debito modo. Et ideo Ecclesia novas quidem manifestationes cultus quae rationabiles sunt, libenter admittit et fovet, inconsideratis vero quantum potest, resistit.

Nihil ergo mirum si non obstantibus sollicitationibus in contrarium, indefesse antiquam suam in hac re legislationem in toto suo rigore servat et iterato modo declarat usum contrarium non licere sine necessitate vel gravi causa vel de speciali indulto, sed neque hunc usum tolerari posse.

Ios. PAUWELS, S. I.

---

[1] Excipienda est Missa de SSmo Sacramento, et ideo forsan Ecclesia permittit ut expositio fiat die festo Corporis Christi et infra octavam in omnibus ecclesiis inter Missarum sollemnia et ad Vesperas (can. 1274 § 1).

[2] SEQUENTIA *Lauda Sion.*

48. — S. RITUUM CONGR.

DUBIUM, 2 MAII 1919

De usu bursae corporalis pro eleemosynis colligendis

(A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 246)

Dubium. Proposito dubio : « An usus bursae, corporalibus includendis destinatae, « permitti possit pro colligendis eleemosynis ? », Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, respondendum censuit :

Responsum. *Negative.*

Dies (2 maii 1919.) Atque ita rescripsit, et servari mandavit. Die 2 maii 1919.

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

---

49. — S. RITUUM CONGR.

DECRETUM 16 maii 1919

Super occurrentia duorum Responsoriorum de Tempore cum duobus Responsoriis Apostolorum et Evangelistarum, vel Martyrum Tempore Paschali

(A. A. S. 2 iun. 1919, 11, 247)

A Sacra Rituum Congregatione pro opportuna declaratione postulatum fuit :

Dubium. « Quaenam norma sit habenda quoties, infra Hebdomadam I et II « post Octavam Paschae, in Communi Apostolorum et Evangelistarum « vel Martyrum, Tempore Paschali, in II vel III Nocturno recurrant ea « Responsoria, quae iam fuerint in primo Nocturno recitata, cum Lectio- « nibus de Scriptura occurrente. »

Decretum. Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, ita rescribendum censuit :

« I. Tum in Communi Apostolorum et Evangelistarum, tum in Communi « Martyrum, Tempore Paschali, loco septimi Responsorii *Ego sum vitis*, « dicatur Responsorium : *Tristitia vestra*, quoties in I Nocturno recitatae « sint Lectiones de Scriptura occurrente cum suis Responsoriis de « Tempore, Feria III et VI infra hebdomadam I et II post Octavam « Paschae.

« II. In Communi autem Apostolorum et Evangelistarum, Tempore « Paschali, loco Responsorii quinti : *Virtúte magna*, dicatur Responso- « rium : *Pretiósa in conspéctu Dómini*, quoties in I Nocturno Lectiones « fuerint de Scriptura occurrente cum suis Responsoriis de Tempore, « Feria IV et V infra hebdomadam I et II post Octavam Paschae.

« III. Futuris autem editionibus Breviarii Romanii, in Communi Aposto- « lorum et Evangelistarum, Tempore Paschali, post Responsorium « quintum, inseratur sequens Rubrica : " Feria II et V infra hebdomadam « I et II post Octavam Paschae, quoties in I Nocturno Lectiones fuerint

« de Scriptura occurrente cum suis Responsoriis de Tempore, loco « praecedentis Responsorii de Tempore, dicitur sequens : R. *Pretiósa in « conspéctu Dómini, allelúja, * Mors sanctórum ejus, allelúja.* v. *Custódit « Dóminus ómnia ossa eórum, unum ex his non conterétur. * Mors ,, ».*

« Item in Communi Apostolorum et Evangelistarum et in Communi « Martyrum, Tempore Paschali, post septimum Responsorium inscribatur « haec Rubrica : " Sicubi, Feria III et VI infra hebdomadam I et II post « Octavam Paschae, quoties in I Nocturno Lectiones fuerint de Scriptura « occurrente cum suis Responsoriis de Tempore, loco praecedentis « Responsorii dicitur sequens : R. *Tristítia vestra, allelúja,* * *Convertétur « in gáudium, allelúja, allelúja.* v. *Mundus autem gaudébit, vos vero « contristabímini, sed tristitia vestra. Convertetur ,, ».*

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit. Die 16 maii 1919. *Dies (16 maii 1919.)*

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

Annotationes

Hae mutationes in Breviario necessariae sunt ex eo quod regulariter in officio sanctorum ad primum nocturnum dicuntur lectiones de Scriptura occurrente cum suis responsoriis de tempore. Iamvero, nonnulla ex iis responsoriis de tempore paschali eadem sunt atque illa quae pro tempore paschali indicantur in secundo vel tertio nocturno in Communi apostolorum vel martyrum. Cum autem ex regula generali in eadem hora non dicatur bis idem responsorium, et tria nocturna non nisi unam horam constituant, necessarium fuit mutare illud quod secundo loco occurrit.

Ios. Pauwels, s. i.

---

50. — S. RITUUM CONGR.

DECRETUM (URBIS ET ORBIS) 6 OCT. 1919

Circa Missam de Requie

(A. A. S. 3 nov. 1919, 11, 420)

Occasio decreti : dies 2 nov. 1919 in dominicam incidit.

Cum dies secunda mensis novembris proxime adfuturi hoc anno in Dominicam incidat, et propterea Commemoratio Omnium Fidelium defunctorum iuxta liturgicas leges agenda sit insequenti die mensis tertia, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, ut fidelium pietati omni aevo conspicuae erga animas in Purgatorio detentas satisfiat, maxime eorum, praesenti tempore, qui luctuosissimo bello desiderati sunt, pro Sua quoque caritate in ipsas animas, cunctis Ecclesiae Catholicae sacrorum Antistitibus et locorum Ordinariis facultatem impertiri dignatus est permittendi *tantum hoc anno* unius Missae de Requie cum cantu vel lectae celebrationem die 2 novembris, Dominica XXI post Pentecosten.

[48-50]

Ubinam liceat missam de requie celebrare.

I. In singulis igitur Cathedralibus, seu Collegiatis, vel Parochialibus atque iis potissimum ecclesiis, aut publicis oratoriis, quae animabus Purgatorii igne cruciatis praecipue iuvandis habeantur erectae, vel ubi Sodalitates aut piae Uniones in eundem finem canonice sint congregatae, R^mi locorum Ordinarii praefata Dominica, die 2 novembris, Missam sollemnem aut lectam de Requie celebrari permittant.

Quandonam id liceat.

II. Praeterea Capitulis, parochis et rectoribus ecclesiarum sive publici alicuius Oratorii, de quibus num. I, iidem R^mi Ordinarii Missae unius de Requie cantatae vel lectae celebrationem *semel* tantum permittant una ex Dominicis minoribus vertentis mensis octobris (scilicet diebus 12, 19, 26) aut insequentis novembris (nempe diebus 16 et 23), non impedita a festo ritus duplicis I vel II classis.

Quandonam funus permissum.

III. Demum enuntiata die secunda novembris vel una ex praefatis Dominicis minoribus, funus ubi placuerit agi permittant cum Missa cantata vel lecta de Requie ; vetito tamen quolibet sermone aut funebri oratione in eiusmodi funere.

Facultatis limites.

Serventur autem in omnibus Rubricae et cetera de more servanda.

Inusitatum hoc indultum Missarum de Requie in Dominicis praeter leges liturgicas, attentis lacrimabilibus belli condicionibus, ab Apostolica Sede huc usque largitum, Sanctissimus Dominus Noster adveniente tempore sacri Adventus omnino desinendum iussit.

Dies (6 oct. 1919).

Ex audientia Sanctissimi Domini Nostri, die 6 octobris 1919.

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R. C. Praefectus.*
Alexander Verde, Secretarius.

Annotatio

Praesens decretum, ut explicite dicitur, non valet nisi pro anno 1919, nec proin, nisi novum intercedat indultum, simile quid fieri poterit quando iterum (anno 1924) dies 2 novembris in dominicam incidet.

Ios. Pauwels, s. i.

---

51. — S. RITUUM CONGR.

ACTA SUMMATIM RELATA

Decreta introductionis causae.

I. *Decreta introductionis causae beatificationis et canonizationis.*

Decretum introductionis causae, quo S. Sedes causae servi Dei ita manum apponit ut Ordinarii circa eam nihil iam sine expressa licentia agere possint, conficitur a Secretario S. R. C., postquam R. Pontifex « commissionem introductionis causae signavit, rogantibus Patribus S. R. C. »

Innoc. a Bertio, O. S. F. Capp. 22 ian. 1919.

1. D. 22 ian. 1919, signata Commissio pro servo Dei, Innoc. a Bertio, sacerd. prof. O. S. F. Capp. *Brixien.*

Natus in oppido Niardo Camuniae Vallis (dioec. Brixien), d. 19 mart. 1844, Ioa. Scalvinoni maturae virtutis cito signa dedit. Vertente anno 1867 sacerdotio auctus, postquam per septem circiter annos in clero saeculari magna diligentia officium vice-parochi explevit, in Ordinem S. Francisci

ingressus est. Vota sollemnia d. 2 maii 1878 emisit. Sive domi in docendis tyronibus vel alumnis, sive foris in sacro ministerio praeclara dedit eximiae virtutis signa. Amore Ecclesiae praesertim excelluit. Obdormivit in Domino d. 29 sept. 1890. (A. A. S. 1 mart. 1919, 11, 83-86.)

2. D. 22 ian. 1919, signata commissio declarationis martyrii, *pro S. Dei* NATALI PINOT, parocho vici « Louroux-Béconnais ». (*Andegaven*).

Natalis Pinot, parochus. 22 ian. 1919.

Famulus Dei natus est Andegavi, d. 19 dec. 1747. Zelo caritatis pleno insignis, d. 14 sept. 1788 parochus vici Louroux-Béconnais unanimi suffragio capituli Andegavensis electus est. Iusiurandum schismaticum, a Conventu Nationali institutum, cum renueret, anno 1791 a sua paroecia per duos annos interdictus est. Ad eam cum revertisset ministeriumque intrepide exerceret, d. 21 febr. 1794 ab ingrato viro proditus, mox capitis damnatur supplicioque eodem die affectus est. (A. A. S., 1 mart. 1919, 11, 86-89.)

3. Die 12 mart. 1919, editum est decretum S. R. C. quo signatur commissio introductionis causae S. Dei Ludovici Pavoni (*Brixien*). Natus d. 11 sept. 1784, Lud. Poncatali, anno 1807 sacerdotio auctus est. Per quinque annos sponte se parochis in coadiutorem obtulit, dein in variis oratoriis sacram doctrinam praedicavit. Puerorum derelictorum et orphanorum curam suscepit, quibus educandis novum Institutum religiosum a. 1847 condidit, sub titulo « Congregationis Filiorum Mariae Immaculatae. » Paulo post, sc. d. 1ª aprilis 1849 piissimus Fundator obdormivit in Domino. (A. A. S., 1 apr. 1919, 11, 139-142.)

Lud. Pavoni, fund. Congr. Filiorum M. Immaculatae. 12 mart. 1919.

4. Die 14 mart. 1919, editum est decretum introductionis causae S. Dei Blasii Marmoiton, laici professi Societatis Mariae, qui mense iulio 1847, in Nova Caledonia, in odium fidei est interfectus *(Claromonten.* seu *Novae Caledoniae)*. Desiderio martyrii in illam missionem tendere cupiebat vir, a prima iam aetate, totus pietati, labori, caritati deditus. (A. A. S., 2 iun. 1919, 11, 242-245.)

Blasius Marmoiton, F. Coadi. Societ. Mariae. 14 mart. 1919.

5. Die 14 maii 1919, editum est decretum quo introducitur causa beatificationis S. Dei Paulae Elisabethae (*Bergomen*), quae Institutum religiosum sororum a S. Familia condidit, ad educandas puellas, praesertim ruricolas. Orta d. 28 ian. 1816, ob enixas parentum preces anno 1835 matrimonium cum D. Buzecchi iniit. Tribus orbata filiis, dein marito, prima ac potiora vota prosequi potuit. Obiit d. 24 dec. 1865. (A. A. S., 4 iul. 1919, 11, 286-289.)

Paula Elisabeth Cerioli, fund. Sororum a S. Familia. 15 maii 1919.

6. Die 23 iul. 1919, editum est decretum quo signatur introductio causae Philumenae Joannae Genovese *(Nucerina Paganorum* seu *Salernitana)*. In lucem edita d. 29 oct. 1835, a pueris iam pietatis et mortificationis signa dedit. Cum ob varia adiuncta in religionem ingredi vetaretur, privata vota emisit, quae deinceps episcopus S. Agathae Gothorum publice in templo S. Mathaei suscepit. Gravibus ipsa correpta morbis, et proprios cruciatus summa patientia tulit suisque consanguineis graviter decumbentibus indefessa astitit. — D. 12 dec., 1864 pie obdormivit in Domino statimque fama eius sanctitatis in omnes circum regiones est diffusa. Ingressa erat in tertium Ordinem S. Francisci. (A. A. S. 1 sept. 1919, 11, 354-357.)

Philum. Ioa. Genovese, 23 iul. 1919.

7. Decreto 23 iul. 1919, introducta est causa beatificationis SS. Dei Fiacrii Tobin a Kilkennia et Ioa. B. Dowdall, ab Ultonia *(Dublinen.)*,

Fiacrius Tobin et Ioa.

Bapt. Dowdall, O. S. F. Capp., 23 iul. 1919.

pro fide, uti fertur, interemptorum. Fiacrius Tobin, d. 6 mart. 1656, miseriis confectus obiit in navi quo captivus in exsilium ducebatur postquam a prima captivitate liberatus iterum in Hiberniam redierat ut fidem verbo et sanguine propagaret. — Ioa. B. Dowdall in carcere Londinensi inedia et tormentis necatus obiit anno 1710, « insignis » dictus ob numerum eorum quos ad fidem reduxerat. Uterque Dei servus ad Ordinem S. F. Capuccinorum pertinebat. (A. A. S., 1 oct. 1919, 11, 388-391.)

Fortunatus Redolfi, Congr. Barnabitarum, 12 nov. 1919.

8. Die 12 nov. 1919, editur decretum quo introducitur causa S. Dei Fortunati Redolfi, sac. professi e congregatione clericorum regularium S. Pauli Barnabitarum *(Mediolanen.)*. Natus in oppido Zenano. d. 8 nov. 1777, servus Dei iam alumnus Patrum qui fuerant Societatis Iesu, in Ordinem Barnabitarum ingredi cupiebat. Parentum dissensu et eversione rerum gallica impeditus, per aliquot annos vitam fere claustralem duxit. Tum militiae dare operam debuit in exercitibus qui Gallis obsistebant. Post partam victoriam, a. 1799, prioris voti compos factus est magnoque zelo, post emissa vota, instituendae iuventuti sacroque ministerio implendo operam dedit. Cum Ordines religiosi impie sublati essent, apud avunculum Archipresbyterum in oppido Adro, iisdem muneribus totus se dedit. Post pacem Vindobonensem suae religioni redditus, in qua multum laboravit, decessit d. 8 aprilis 1850. (A. A. S., 1 dec. 1911, 11, 465-468.)

Decreta Beatificationis.

II. *Decreta Beatificationis.*

A. Introducta causa, processus fit de non cultu, editoque decreto de non cultu, processus de heroicitate virtutum vel de martyrio, dein de miraculis in specie.

Anna Maria Taigi, tertii ord. SS. Trinit. 6 ian. 1919.

1. Die 6 ian. 1919, S. Pontifex decretum publici iuris fieri iussit quo declarat constare de duplici miraculo applicatione reliquiarum et invocatione S. Dei Annae Mariae Taigi obtento, sc. « instantanea perfectaque sanatione Mariae del Pinto a metrite et endometrite chronica cum subsecuto haematocele, illico totius corporis redintegratis viribus », et « instantanea perfectaque sanatione Melaniae Sevin a luxatione dexteri pedis et ossis perone, seu fibulae fractura, cum gravi emartro coniuncto.(A. A. S., 1 febr. 1919, 11, 55-58.)

9 mart. 1919.

2. Decreto 9 mart. 1919, S. Pontifex declaravit ad sollemnem S. Dei Annae Mariae Taigi beatificationem tuto procedi posse, quae mater familias in educandis pueris et laboribus perferendis humilis condicionis heroïcas exercuit virtutes. (A. A. S., 1 apr. 1919, 11, 133-135).

Ludovica de Marillac 9 mart. 1919.

3. Decreto d. 9 mart. 1919, declaratur constare de *tribus* miraculis, veneratione S. Dei Lud. de Marillac (*Parisien.*) impetratis, sc. « instantanea perfectaque sanatione Jos. Mar. Helent ab otite media purulenta cum tympani perforatione aliisque osteitis et periostitis in regione mastoidea sociata phaenomenis » et « instantanea perfectaque sanatione sororis Mariae Ferrer et Nin a mielite compressiva post-traumatica » et « instantanea perfectaque sanatione Rosae Curlo ab ulcere fistuloso. » (A. A. S., 1 apr. 1919, 11, 130-138.)

6 iul. 1919.

4. Decreto d. 6 iul. 1919, declaratur tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis Ancillae Dei Ludovicae de Marillac (*Parisien.*) beatificationem. (A. A. S., 1 aug. 1919, 11, 326-328.)

Puellae Caritatis a S. Vincentio a Paulo et Ursulinae de Valenciennes. 6 iul. 1919.

5. Die 6 iul. 1919, decretum est constare de martyrio aliquot mulierum religiosarum (*Camaracen.*) quae in rerum eversione gallica a. 1794, a carnifice, in odium fidei, sunt interemptae. Quattuor pertinent ad Societatem Puellarum a Caritate; « sorores nimirum Maria Magdalena Fontaine, Maria Francisca Lanel, Teresia Fantou et Ioanna Gérard; undecim vero reliquae ex Ordine sunt monialium Ursulinarum, eaeque vocantur: Maria Clotildes a S. Francisco Borgia, Maria Scholastica a S. Iacobo, Anna Iosephina, Maria Ursula a S. Bernardino, Maria Aloisia a S. Francisco Assisiensi, Maria Laurentina a S. Stanislao, Maria Augustina a S. Corde Iesu, Maria Natalia a S. Aloisio, Anna Maria, Maria Francisca et Maria Cordula a S. Dominico. » (A. A. S., 1 aug. 1919, 11, 329-331.)

B. Si agitur de servis Dei qui post pontificatum Alexandri III et ante tempus a constitutione Urbani VIII praefixum ex tolerantia cultum habuerunt, processus fit per viam cultus, in quo constare debet de fama sanctitatis vel martyrii et de cultu non interrupto servi Dei.

Ugolinus a Gualdo Captaneorum, E. S. A. 12 mart. 1919.

1. Decreto 12 mart. 1919 confirmata est sententia iudicis in causa *Spoletana* delegati, iuxta quam constabat de cultu publico et ecclesiastico ab immemorabili praestito servo Dei Uegolino a Gualdo Captaneorum. Vertente saec. XIII natus, piissime obiit 1 ian. 1260. Iam a° 1262, in consecratione ecclesiae in qua eius reliquiae iacebant, septem episcopi in documento indulgentiarum loquuntur de corpore *B. Ugolini*. E saeculis sequentibus ad nostra usque tempora, nunquam desunt testimonia cultus qui servo Dei a fidelibus et Pastoribus tributus est. (A. A. S., 1 maii 1919, 11, 181-184.)

Isnardus de Chiampo, O. P. 12 mart. 1919.

2. Decreto 12 mart. 1919, confirmatur cultus ab immemorabili tributus servo Dei Isnardo de Chiampo, O. P. (*Papien.*). Ab ipso S. Dominico in eius Ordinem, anno circiter 1219, receptus, conventum Papiensem, quem fundaverat, usque ad mortem virtutibus et, ut fama est, miraculis illustravit. Obiit d. 19 mart. 1244. In suo Ordine semper tamquam Beatus, immo sanctus cultum habuit, cuius rei documenta iam ab a. 1251 exstant. (A. A. S., 1 maii 1919, 11, 184-186).

III. *Decretum canonizationis* ferri potest, modo post sollemnem Beatificationem miracula duo, si de formali Beato, tria, si de aequipollenter tali, approbatio concessa est.

Gabriel a B. M. V. Perdolente, Passionista. 6 ian. 1919.

1. Vi decreti d. 6 ian. 1919, tuto procedi potest ad sollemnem Canonizationem beati Gabrielis a Virgine Perdolente, clerici professi e congr. clericorum Regularium excalceatorum a sanctissima Cruce et Passione D. N. I. C. (*Pinnen.*). Beatificatio sollemnis habita erat d. 31 maii 1898. Brevi post, iam multa portenta invocatione novensilis Beati facta sunt, ex quibus duo indubia miracula retenta sunt. Ex decreto comperimus vix ullam causam tam prospero cursu esse ductam quo causa huius Beati. (A. A. S., 1 febr. 1919, 11, 52-55.)

B. Ioanna de Arc, 6 apr. 1919.

2. Decreto 6 apr. 1919, declaratum est constare de duobus miraculis, post indultam B. Ioannae de Arc (*Aurelianen.*) venerationem, sc. instantanea perfectaque sanatione M. A. Mirandelle a morbo plantari perforante et instantanea perfectaque sanatione Ther. Bellin a tuberculosi peritoneali, necnon a laesione organica orificii mitralici. (A. A. S., 1 maii 1919, 11, 187-189.)

B. Ioanna de Arc, 6 iul. 1919.

3. Decreto 6 iul. 1919, declaratum est tuto procedi posse ad sollemnem Beatae Ioannae de Arc canonizationem. (A. A. S., 1 aug. 1919, 324-326.)

I. C., S. I.

---

52. — S. CONGR. DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM 31 OCT. 1919

De experimentis ad gradus in Iure Canonico assequendos

(A. A. S., 2 ian. 1919, 11, 19)

Cum Codex praelectionum textus esse debeat,

Legum canonicarum Codice promulgato, Sacra Congregatio de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, litteris datis die VII augusti elapsi anni, viam et rationem praescripsit, quam in disciplina Iuris posthac Pontificia Athenaea sequerentur. Huic autem rationi, seu methodo, ut ipsa doctrinae pericula, quae fiunt ad gradus academicos assequendos, sint consentanea, eadem S. Congregatio experimentis in iure canonico moderandis has leges constituit.

examina fiant de canonum textu,

I. Quoniam in praelectionibus Codex Iuris canonici est tamquam textus adhibendus, periculorum materia sint ipsi Codicis canones, vel omnes vel partim, pro diversitate gradus adipiscendi, remoto quolibet indice thesium, vel quae doctrinam exhibeant in ipsis canonibus contentam.

quorum danda est interpretatio

II. Candidati ad academicos gradus exegesim seu interpretationem exponant canonum, prout habentur in Codice, sive singillatim considerentur, sive coniuncte cum aliis.

cum praescriptorum historia.

III. Candidati non modo singulos canones interpretari et explicare, quantum gradus ratio exigit, probe noverint ; sed etiam de uniuscuiusque instituti iuridici ortu, progressu et historia, doctrinae suae specimen dabunt.

Quandonam decretum obliget.

Quas leges SS^mus^ D. N. Benedictus PP. XV ratas habuit et confirmavit, atque in omnibus Athenaeis seu Universitatibus vel Facultatibus, quae e Codicis praescripto (can. 256, § 1) huic Sacrae Congregationi subsunt, servari iussit ab anno academico, qui propediem incipiet. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Dies (31 *oct.* 1918).

Datum Romae e Secretaria S. Congregationis de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, die 31 octobris, anno 1918.

C. Card. Bisleti, *Praefectus.*

I. Sinibaldi, Ep. Tiberien, Secretarius.

---

53. — S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

RESPONSUM 18 IUL. 1919

Circa potestatem annectendi indulgentias rosariis, coronis precatoriis, etc.

(A. A. S., 1 aug. 1919, 11, 332.)

Dubium.

R. P. D. Eduardus Ioseph Hanna, Sancti Francisci in California Archiepiscopus, nuper proposuit resolvendum sequens dubium, quod ita sonat : « An liceat Episcopis communicare presbyteris suae ditionis habi-« tualiter potestatem benedicendi rosaria, etc., de qua in canone 349, « § 1, n. 1, cum applicatione indulgentiarum, observatis ritibus ab Eccle-« sia praescriptis ».

Responsum.

Sacra Paenitentiaria Apostolica, re mature considerata, respondendum censuit : *Negative.*

Quam sententiam per infrascriptum Cardinalem Paenitentiarium Maiorem SSmo D. N. Benedicto Pp. XV in Audientia huius diei relatam, Sanctitas Sua approbare dignata est eamque publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, die 18 iulii 1919.

Dies (18 *iul.* 1919).

O. Card. Giorgi, *Paenit. Maior.*
F. Borgongini Duca, Secretarius.

Annotatio

Ratio responsionis est facultatem istam benedicendi non esse concessam Episcopis tamquam potestatem ordinariam, sed tamquam privilegium, minus muneri quam characteri episcopali coniunctum, cum non solis residentialibus sed etiam titularibus episcopis canone 349 conferatur.

---

54. — S. PAENITENTIARIA

ACTA SUMMATIM RELATA

Pia Unio missionaria favoribus ditatur.

Indulto 15 nov. 1918, S. Pontifex sacerdotibus in « Pia unione missionaria del Clero » cooptatis maximos favores spirituales concessit. Praeter indulgentias plenarias consuetis condicionibus lucrandas in festis Epiphaniae, SS. Apostolorum, S. Mich. Arch., S. Fr. Xaverii, semel in mense die pro arbitrio eligenda, in hora mortis, et indulgentiam 100 d. pro quolibet pietatis opere in favorem Missionum expleto, iis qui ad confessiones audiendas sunt approbati, potestatem fecit annectendi unico crucis signo indulgentias apostolicas; coronis B. M. V. indulgentias Crucigerorum; benedicendi et imponendi quinque scapularia (exigitur inscriptio pro scapularibus SS. Trinitatis, B. M. V. Perdolentis et a Monte Carmelo) (cf. supra, n. 35, p. 70); benedicendi, unico crucis signo, crucifixos « pro via crucis » et « pro articulo mortis ». Facultates nulla locorum determinatione restringuntur; Indultum personale altaris privilegiati, *quater* in qualibet hebdomada, dummodo simile indultum pro alia die non obtinuerint. (A. A. S., 2 ian. 1919, 11, 20.) I. C., S. I.

55. — S. ROTA ROMANA

CAUSAE SUMMATIM RELATAE

I. Causae matrimoniales

A. *Matrimonia de quorum nullitate constare declaratum est.*

Ex vi et metu.

1. Die 28 ian. 1918, in causa *Florentina, nullitatis matrimonii* S. Rota R., infirmans sententiam curiae Florentinae d. 8 iul. 1909, constare decrevit de nullitate matrimonii quod Ivus Ph. *Benvenuti* cum Adele *Tazioli* contraxerat, coactus minis mortis a fratre sponsae ei et duobus consanguineis inferenda, nisi matrimonio honorem sponsae violatae eiusque familiae repararet. Vis aperte iniusta erat quod ad substantiam et quod ad modum. (A. A. S. 2 ian. 1919, 11, 22-28.)

Ex vi et metu.

2. Die 10 maii 1918, in causa *Vicariatus Nyanzae septentrionalis*, S. Rota R. nullum declaravit fuisse matrimonium inter Laurentium *Mulinuya* (alias Kitajenda) et Domitillam *Alibadzewa*, cum haec non consenserit nisi coacta sacramentorum privatione ex auctoritate Vicarii apostolici qui scandalum fidelium timebat si duo fideles post satis longam cohabitationem vitam coniugalem abrumperent. At mulier in infidelitate a viro tunc infideli rapta, nunquam verum matrimonialem consensum dederat. (A. A. S. 1 mart. 1919, 11, 89-93.)

Ex vi et metu.

3. Die 2 iul. 1918, in causa *Gravinen., nullitatis matrimonii*, S. Rota R. declaravit constare de nullitate matrimonii inter Mariam Antoniam *Perrino* et Dominicum *Trotta*. Tum confessione actricis, tum testimoniis constabat matrem sponsae, quae filiam ingenii difficillimi durissime semper educaverat, eam ad matrimonium cum vix 14 annos nata esset, minis et verberibus coegisse. (A. A. S. 1 maii 1919, 11, 192-204.)

Ex vi et metu.

4. Die 15 nov. 1918, in causa *Neapolitana, nullitatis matrimonii*, S. Rota R. declaravit constare de nullitate matrimonii inter Thomam *Costam* et *Raphaelam de Angelis*. Vis enim sponsae a patre suo illata ad extorquendum consensum ex testimoniis et modo agendi sponsae perpetuo nulli dubio subiacet. (A. A. S. 4 iul. 1919, 11, 290-294.)

Ex defectu consensus.

5. Die 18 nov. 1918, in causa *Argentinen., nullitatis matrimonii*, S. Rota R. declaravit constare de nullitate matrimonii anno 1902 civiliter tantum contracti inter Annam *Kern* catholicam et Maximilianum *Leichter*, lutheranum. Etsi enim capite *Tametsi* matrimonium *mixtum* in urbe Muelhausen non regebatur, catholici istius regionis firmiter tenebant matrimonium coram civili tantum magistratu initum valere non posse ideoque facile creditur asserentibus Annam verum consensum matrimonialem non praestitisse. (A. A. S. 1 sept. 1919, 11, 358-363.)

Ex clandestinitate.

6. D. 15 dec. 1918, in causa *Parisien., nullitatis matrimonii*, S. Rota R., in tertia instantia declaravit constare de nullitate matrimonii inter Bertham *Chazal* et Lucam *Moulin*. Sacerdos enim qui matrimonio astitit a parocho vel primo vicario paroeciae delegatus est, in qua sponsa habitabat sed ne quasi-domicilium quidem habebat. Praesumptionem quasi-domicilii non facit locatio domus ad sex menses Parisiis facta ; domus enim sine supellectili vix ad minus tempus locantur. Aliis autem annis mater sponsae cum filia vix ultra tres menses in variis urbibus per hiemem habitabat. (A. A. S. 3 nov. 1919, 11, 422-427.)

7. Die 15 febr. 1919, in causa *Tarraconen., nullitatis matrimonii,* S. Rota R. confirmavit suam sententiam d. 27 iul. 1918 latam qua declarabat constare de nullitate matrimonii inter Dolorosam *De Miguel* et Petrum *Viladot,* ob minas graves, vexationes, iurgia, verbera, quibus permota consensum sponsa dederat. De gravi et iniusto metu nullum superest dubium. (A. A. S. 3 nov. 1919, 11, 428-433.) *Ex vi et metu.*

B. *Matrimonia de quorum nullitate non constare declaratum est.*

Die 9 iulii 1918, in causa *Parisien., nullitatis matrimonii,* S. Rota R., infirmans sententiam curiae Parisien., d. 22 maii 1917 latam, decrevit non constare de nullitate matrimonii initi inter Andream *Risler* et Margaritam *Loubery,* ex defectu competentiae in sacerdote assistente, qui neutrius sponsi parochus erat. Eum enim saltem tacita licentia egisse dicendum est. Silentium enim libri baptismorum de licentia data praesumptionem tantum de non concessa licentia facit. Silentium autem primi vicarii paroeciae sponsae tacitum consensum continet. Cognoscebat enim defectum competentiae in parocho assistente nec contradixit. Immo fere certo ad eum transmisit testimonium dispensationis ab impedimento mixtae religionis. (A. A. S. 1 apr. 1919, 11, 154-162.) *Ex clandestinitate.*

II. *Causae* **varia iura** *spectantes.*

1. Die 5 febr. 1918, in causa *Annecien., finium parochialium,* S. Rota R. decrevit sustinendum esse decretum episcopi Annecien. d. 28 sept. 1916 quo fines paroeciarum Vinz-Faverges et Faverges determinaverat. Parochus enim loci Vinz non probat partes quae intra certos suae paroeciae fines fuerint a sua paroecia fuisse distractas. Locus nempe quo processiones funebres invicem exspectant fines paroeciarum non clare definit, ubi divisio per pagos, non per lineas divisionis indicatur. (A. A. S. 1 apr. 1919, 11, 146-153.) *Finium parochialium.*

2. Die 31 ian. 1919, in causa *Derthonen. finium parochialium,* S. Rota R. confirmavit duplicem sententiam latam a curia dioecesana et metropolitana contra parochum Vacarezzae. Is enim probare non potuit ad suam paroeciam pertinere domos in quas revera iurisdictionem exercebat parochus Casellae. Fines enim parochiales non possunt probari ex finibus civilibus, immo nec naturalibus nisi accedat distantia locorum aut viarum asperitas. (A. A. S. 1 dec. 1919, 11, 460-475.) *Finium parochialium.*

3. Die 13 iul. 1918, in causa *Mauranen.* seu *Camberien., nullitatis sententiae,* S. Rota R. declaravit sententiam curiae metropolitanae Camberien. nullam esse quia de merito causae principalis quod primus iudex non attigerat, iudicavit. Falso enim asseritur ob exceptionem suspicionis tribunal fieri incompetens, cum remedium sit in mutatione iudicis si exceptio probetur. Praeterea valida declarata est electio procuratoris capellae, contra quam omnino insufficientes rationes afferebantur. Agebatur sc. de procuratore cui administratio capellae in pago *La Borgé* committeretur a familiis pagi libere eligendo. (A. A. S. 1 oct. 1919, 11, 392-404.) *Nullitatis sententiae.*

III. *Causae actae* **sub secreto.**

Declaratum est non constare de nullitate matrimonii ex capite vis et metus in tribus casibus, constare vero in uno casu, et in uno casu ex capite impotentiae ex parte viri.

Duarum antea latarum a S. Rota sententiarum de nullitate matrimonii altera est infirmata, altera confirmata. De vi prioris sententiae ex textu non constat. (A. A. S. 1 febr. 1919, 11, 59.)

---

56. — S. SIGNATURAE APOST. TRIBUNAL

ACTA SUMMATIM RELATA

Nullitatis matrimonii ex defectu consensus.

Supremum Tribunal censuit d 31 maii 1919 sententiam rotalem d. 27 iul. 1917 negantem constare de nullitate matrimonii baronissae Olga *von Laffert* et Car. *Bartels* esse ad S. R. Rotam pro novo examine remittendam. Ratio est quod etsi neque sententia nulla dicenda sit neque ob perversum factum circumscribenda, forte depositiones minus aestimatae sunt quam meruissent et ab actrice nova proponuntur testimonia de sua matrimonii divortio toedandi intentione. Notandum est et curiam Paderbornen. et Rotam Romanam sententiam negativam tulisse de nullitate matrimonii inter duos Lutheranos initi, quod actrix cum intentione divortii se contraxisse asserebat. (A. A. S., 4 iul. 1919, 11, 295-299.)

---

57. — COETUS S. R. E. CARDINALIUM A SUMMO PONTIFICE PECULIARITER DESIGNATUS

RESPONSA 24 MART. 1919

De competentia SS. CC. Conc. et de Religiosis

(A. A. S. 2 iun. 1919, 11 251)

In peculiari coetu E^morum^ Patrum iuxta canonem 245 Cod. Iuris Canonici a Beatissimo Patre designatorum, propositis dubiis :

Dubia.

1. Utrum omnes quaestiones, seu instantiae, quae attingunt aliquod ius, aut commodum (seu interesse) alicuius familiae religiosae, aut sodalium religiosorum, spectent privative ad S. C. de Religiosis.

2. Utrum concedere, servatis consuetis normis, sanationes et condonationes quoad praeteritum, et reductiones quoad futurum relate ad capellanias et alia legata, quae, licet concredita non sint Ordini aut familiae religiosae, qua tali, erecta tamen aut translata reperiuntur in ecclesiis religiosorum, spectet ad S. C. Concilii, an potius ad S. C. de Religiosis.

3. Cuinam Congregationi competentia tribuenda sit quoad dispensationem ad Ordines sacros recipiendos a Religiosis sive ex defectu aetatis sive ab irregularitate, sive quoad alias conditiones quae ad conferendos Ordines requiruntur, sive quod ad studia pertinet quae sacris ordinationibus sunt praemittenda.

4. Cuinam Congregationi competentia tribuenda sit quoad religiosos dispensandos, qui propter morbum vel alia de causa a Missae celebratione physice vel moraliter impediuntur, veluti si pedibus consistere non valeant.

Responsa.

Emi Patres Cardinales, quibus a SSmo D. N. Benedicto PP. XV resolutio commissa fuit, respondendum censuerunt :

Ad 1. *Affirmative :* in sensu tamen canonis 251 Codicis Iuris Canonici.

Ad 2. Private ad S. C. de Religiosis, quoadusque legatorum administratio et adimplementum concredita sint Religiosis.

Ad 3. Ad S. C. de Religiosis.

Ad 4. Ad S. C. de Religiosis.

Quae omnia SSmus D. N. rata habuit et confirmavit.

Romae, die 24 martii 1919. *Dies (24 mart. 1919).*

C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

Annotationes

I. Responsa ista amplissimam dant competentiam S. C. de Religiosis, ita ut haec iam dici possit, paucis exceptis, supplere pro religiosis omnes alias Congregationes.

Ceterum perspicua sunt responsa. Primo responso reservatur quidquid canone 251 alii Congregationi vel etiam tribunali tribuitur, cum S. Congregatio quaestiones in sola linea disciplinari dirimat. Sic incolume manet ius S. C. *Prop. Fid.* in religiosos qua missionarios (c. 252, § 5), ius S. C. S. *Officii* iudicandi delicta contra fidem et mores et ieiunium eucharisticum sacerdotum missam celebrantium et proscribendi libros (c. 246, § 2. 4. 5.); ius S. C. *Concilii* admittendi ad compositionem eos qui occuparunt bona ecclesiastica etiam religiosorum (c. 250 § 2). Et quamvis id non dicatur expresse c. 251, nihilo minus, propter indicationem claram Normarum peculiarium quae C. *Sapienti Consilio* annexae sunt, S. C. *de disciplina sacramentorum* sodales quoque religiosos dispensat a lege servandi ieiunii naturalis ante communionem. Cf. *Per.* t. IV, p. 302.

---

58. — PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA 29 OCT. 1919 [1]

Dubia soluta in plenariis Comitiis Emorum Patrum

(A. A. S. 1 dec. 1911, 11, 476 ss.)

1. Utrum praescripta decreti S. C. C. diei 30 nov. 1919 « Decorem domus Dei » *de chori disciplina in urbe servanda,* I-VIII, adhuc vigeant. *Can.* 6.

Resp. : Affirmative.

2. Utrum vota religiosa simplicia perpetua ex parte voventis, emissa ante promulgationem Codicis in Religionibus votorum sollemnium, sive *Can.* 10.

[1] Etsi responsa in plenariis Comitiis d. 16 oct. 1919 data sint, cum responsum Em. Card. Gasparri d. 29 oct. 1919 prodierit, haec sola dies in indice A. A. S. indicatur.

virorum sive mulierum, sint moderanda quod ad modum dimissionis religiosorum et quod ad effectus dimissionis a iure antiquo vigente ante Codicem [1].

Resp. : Affirmative.

Can. 199, § 1 *et* 874, § 1.

3. Utrum ad normam canonum 199, § 1, et 874, § 1, Parochi, Vicarii parochorum, aliive sacerdotes ad universitatem causarum delegati, possint sacerdotibus sive saecularibus sive religiosis delegare iurisdictionem ad confessiones recipiendas, aut saltem iisdem iam approbatis iurisdictionem extendere ultra fines loci vel personarum, intra quos ad normam can. 878, § 1, fuerit circumscripta ; an ad id egeant speciali facultate seu mandato Ordinarii loci.

Resp. : Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Can. 395, § 1.

4. An vi canonis 395, § 1, Episcopus teneatur pro quotidianis distributionibus, tam in Cathedralibus quam in Collegiatis, tertiam partem fructuum separare, etiam si in dictis ecclesiis distributiones chorales, quamvis tenues, originem repetant ex privilegio apostolico.

Resp. : Affirmative.

Can. 396, § 2.

5. An optio, de qua in canone 396, § 2, censeatur prohibita, etiam ubi viget ex speciali indulto apostolico.

Resp. : Affirmative.

Can. 422, § 2.

6. Utrum Canonici iubilati sint exempti a servitio altaris pro sua vice praestando, non obstante contraria consuetudine.

Resp. : Affirmative.

---

[1] Cadono per conseguenza i commenti fatti in Riviste pur autorevoli ad altro dubbio o incompletamente o indebitamente pubblicato. Ecco, per maggior chiarezza, la domanda presentata alla Commissione, alla quale domanda il dubbio corrisponde :

« Fr. Iosephus Antonius a S. Ioanne in Persiceto, Procurator Generalis Ordinis « Fratrum Minorum Cappuccinorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, quae « sequuntur humiliter exponit :

« In Ordinibus regularibus virorum sive etiam monialium stricte dictarum, vota « simplicia, quae usque ad diem Pentecostes h. a. 1918 sollemnibus praemittebantur, « erant (et sunt) *perpetua* ex parte voventis (S. Congr. super st. Reg. *Sanctissimus*, « 12 iun. 1858, n. 1 ; et S. C. Episc. et Regul., *Perpensis*, 3 maii 1902, n. V) ; eaque « vota, usque in diem quo vigere coepit Codex Iuris canonici : *a) apud regulares viros* « in Ordinibus clericalibus, ex iustis ac rationabilibus causis, solvebantur ex parte « Ordinis in actu dimissionis professorum (*Sanctissimus*, n. III et IV ; et quod ad « religiosos etiam Ordinis laicalis militari servitio ascriptos, S. C. de Relig. *Inter « reliquas*, 1 ian. 1911, n. VIII) ; *b) apud Moniales* vero solvebantur ab ipsa Sede « Apostolica, ad quam recurrendum erat in singulis casibus iuxta praescriptum « decreti *Perpensis*, n. XII.

« Porro, cum dimissio huiusmodi professorum non videatur contemplari saltem « explicite sub tit. XVI, lib. II, Codicis, *de Personis*, infrascriptus Procurator Gene- « ralis Ordinis FF. Min. Capuccinorum humiliter quaerit :

« Utrum praedicti Regulares, *votis tantum simplicibus sed perpetuis* obstricti, « dimitti deinceps possunt, sicut olim, vi decr. *Sanctissimus* S. Cong. super st. Reg., « 12 iun. 1858, n. IV, respect. *Inter reliquas*, S. C. de Relig., 1 ian. 1911, n. VIII ; vel, « si agitur de Monialibus, ad normam decreti *Perpensis* S. Congr. Episc. et Regul. « 3 maii 1902, n. XII, ita ut, data dimissione, ab omni vinculo dictorum votorum et « obligatione liberi fiant ;

« vel utrum etiam quod ad eosdem professos servare licebit modum dimissionis « qui, sub cap. I, tit. XVI, lib. II, Codicis, servandus praescribitur circa Religiosos « qui vota *temporaria* nuncuparunt ;

« et, quatenus affirmative ad hanc secundam partem, quaeritur utrum Religiosus « (regularis sive monialis), hoc modo dimissus, ipso facto solutus habendus sit ab « omnibus votis religiosis, uti de dimissis professis votorum *temporariorum* statuitur « in can. 648. »

7. Utrum verba *qui sectae acatholicae adhaeserunt* canonis 542 sint intelligenda de iis, qui Dei gratia moti ex haeresi vel schismate, in quibus nati sunt, ad Ecclesiam pervenerint; an potius de iis qui a fide defecerunt et sectae acatholicae adhaeserunt. *Can.* 542.

Resp.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

8. Utrum, ad normam canonis 567, § 1, et canonis 578, n. 1, novitii et professi a votis temporaneis, si morte praeveniantur, ad eadem ac professi a votis sollemnibus, aut professi a votis simplicibus perpetuis, suffragia ius habeant, etiamsi aliter ferant constitutiones antea approbatae a S. Sede. *Cann.* 567, § 1 *et* 578, *n.* 1.

Resp.: Affirmative et ad mentem.

Mens est: Ordines et Congregationes religiosae possunt congrua eademque suffragia pro omnibus novitiis, temporanee professis et professis a votis sollemnibus aut professis a votis simplicibus perpetuis, praescribere in suis constitutionibus emendandis et pro approbatione exhibendis ad S. C. Religiosorum, ad normam eiusdem S. Congregationis Decreti diei 26 iunii 1918.

9. Num verba *nisi constitutiones aliud ferant* canonis 569, § 1, ad vocem *libere* referantur, ita ut liceat per constitutiones determinare in quem finem de usu et usufructu a novitiis sit statuendum. *Can.* 569, § 1.

Resp.: Constitutiones ante promulgationem Codicis approbatae servandae sunt sive novitiis adimant ius disponendi de usu et usufructu suorum bonorum, sive hoc ius limitent, seu praefiniant.

10. Utrum canon 621, § 1, intelligendus sit tantum de religiosis mendicantibus stricto sensu dictis; an etiam de illis, qui latiori sensu tales appellantur, uti sunt Fratres Ordinis Praedicatorum. *Can.* 621, § 1.

Et quatenus affirmative ad primam partem:

An dicti mendicantes indigeant Ordinarii licentia, si velint stipem petere in dioecesi pro aedificatione, ornatu, etc., suarum ecclesiarum.

Resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam; quod vero attinet ad licentiam ab Ordinario obtinendam provisum in cit. can. 621, § 1.

11. Utrum qui ad preces parentum, contra praescriptum canonis 756, a ritus alieni ministro baptizati sunt, pertineant ad ritum in quo sunt baptizati, vel ad ritum in quo, iuxta praescriptum canonis 756, baptizari debuissent. *Cann.* 756 *et* 98.

Resp.: Prout casus exponitur, negative ad 1^m^ partem, affirmative ad 2^m^. *Can.* 822, § 4.

12. Utrum facultas celebrandi Missam in domo privata sit ab Ordinario, ad normam canonis 822, § 4, interpretanda restrictive.

Resp.: Affirmative.

13. Utrum, ad normam can. 987, impeditis annumerandus sit is, cuius pater vel mater tantum est acatholicus, alter parens catholicus. Et, quatenus affirmative, an etiam eo in casu, quo matrimonium mixtum datis cautionibus cum dispensatione in hoc vetito contractum fuit. *Can.* 987.

Resp.: Affirmative in omnibus.

14. An sepultura fidelium, quae locum obtinet in ecclesia subterranea, censenda sit facta in ecclesia in sensu canonis 1205, § 2. *Can.* 1205, § 2.

Resp.: Affirmative, si agatur de ecclesia subterranea, quae sit vere et proprie ecclesia, divino cultui addicta.

Can. 1215. 15. Utrum periculum offensionis, vulgo *malumore*, ex parte fidelium et cleri sit, ad normam canonis 1215, gravis causa, quae excuset a transferendis cadaveribus fidelium e loco in quo reperiuntur, ad ecclesiam ubi funus persolvatur.

Resp. : Negative, et consuetudinem non transferendi cadavera fidelium, antequam tumulentur, e loco in quo reperiuntur in ecclesiam, esse reprobandam.

Cann. 1355, 1356, 1441. 16. An in collatione paroeciarum non reservatarum possit episcopus imponere pro una vice tantum moderatam taxam favore Seminarii, etiam si paroecia de qua, obnoxia sit tributo huic Instituto solvendo.

Resp. : Recurrendum esse in singulis casibus ad S. Congregationes competentes.

Can. 1990. 17. Utrum Ordinarius, praetermissis iuris sollemnitatibus in Constitutione Apostolica *Dei miseratione* requisitis, matrimonium possit declarare nullum cum interventu tamen defensoris vinculi matrimonialis, quin opus sit secunda sententia, hisce in casibus, nempe :

1) Si duo catholici, in loco certe antehac obnoxio cap. *Tametsi* Conc. Tridentini, vel post Decretum *Ne temere*, matrimonium civile tantum inierunt, omisso ritu ecclesiastico, et, obtento civili divortio, novum in Ecclesia inire student matrimonium vel novum matrimonium, civiliter initum, in foro Ecclesiae convalidare.

2) Aut catholica pars, quae cum acatholica, spretis Ecclesiae legibus, in templo sectae protestanticae (in loco certe antehac obnoxio cap. *Tametsi* Conc. Tridentini, et ubi Benedictina declaratio extensa non est, vel post Decretum *Ne temere*) matrimonium contraxit, obtento civili divortio, in facie Ecclesiae novum matrimonium cum catholico consorte inire vult.

3) Aut apostatae a fide catholica, qui in apostasia civiliter vel ritu alieno se iunxerunt, obtento civili divortio, paenitentes ad Ecclesiam redire et cum parte catholica alteras nuptias in Ecclesia celebrare desiderant.

Resp. : Casus supra memorati nullum iudicialem processum requirunt aut interventum defensoris vinculi, sed resolvendi sunt ab Ordinario ipso, vel a Parocho, consulto Ordinario, in praevia investigatione ad matrimonii celebrationem, de qua in can. 1019 et seqq.

Romae, 16 octobris 1919.

PETRUS Card. GASPARRI, *Praeses.*
Aloisius Sincero, Secretarius.

Parimenti è stato sottoposto alla Commissione Pontificia per la interpretazione del Codice di diritto canonico il seguente dubbio :

Can. 1251, § 1. *Può ritenersi* tuta conscientia *la dottrina insegnata da alcuni autori, che dopo la publicazione del Codice è permesso nei giorni di solo digiuno mangiar carne più volte il giorno ?*

L'Emo Presidente della Commissione ha risposto il giorno 29 ottobre 1919 : *Negative.* [1]

PIETRO Card. GASPARRI, *Presidente.*
Luigi Sincero, Segretario.

---

[1] Nella adunanza plenaria del 9 dicembre 1917, gli Emi Padri, propostosi il seguente dubbio : *Utrum dubia quae minoris sint momenti aut non multum difficultatis habeant, solvi possint ab Emo Praeside Commissionis,* hanno risposto : *affirmative.*

ANNOTATIONES

Ad 1. Decretum istud habetur in A. A. S., t. II (1910), p. 959 ; atque in *Per.* relatum est integre, t. V, p. 262.

Ad 2. Mirum est de responsione ista quae plana erat et principiis sanae interpretationis manifesto consentanea, dubitari potuisse. Ante Codicem, professio simplex perpetua locum in Ordinibus religiosis tenebat professionis temporariae in Congregationibus religiosis. Tam Ordini quam sodalibus erat igitur ius quaesitum servandi condicionem iuridicam ex votis istis natam.

Ad 3. Datur responsum quod iam antea, non semel, omnino certum declaravimus, perspecta mente legislatoris. Cf. *Summa novi iuris* n. 346. Observes autem ne extensionem quidem iurisdictionis ad loca alia vel ad alios casus a parocho conferri posse. Quare nec potestatem in reservata, nec iurisdictionem in oves suas parocho alienae dioecesis communicare potest.

Ad 4. Generalem dispositionem c. 395, § 1, confirmat, etiamsi distributiones chorales a privilegio apostolico originem ducant, ita ut per se nullae esse debuerint.

Ad 5. Optio qua canonici certo ordine ad vacantem dignitatem, propria voluntate accedere poterant, canone 396, § 2 prohibetur, cum electionem personae magis dignae impediat. Sola excipitur contraria lex fundationis. Hic declaratur ne indultum quidem Apostolicum locum dare alii exceptioni.

Ad 6. Privilegium canonici iubilati, quod est latae interpretationis, confirmatur.

Ad 7. Declaratio ista vim restringit c. 542. Namque, saltem post aetatem 14 annorum, qua formalis sectae abiuratio exigitur ab iis qui convertuntur, etiam ii qui in haeresi aut schismate nati erant existimantur sectae acatholicae formaliter adhaesisse. Nec paucae, ante declarationem, dispensationes a S. C. de *Religiosis* incunctanter datae sunt.

Ad 8. Principium de unitate suffragiorum communium applicatur etiam ubi Constitutiones approbatae permittebant diversitatem. Et recte quidem, cum c. 489 contrarias Codici constitutiones abroget.

Simul confertur facultas definiendi modo convenienti suffragia quae omnibus sint communia.

Ad 9. Constitutiones itaque antea approbatae servandae sunt sive ius disponendi restringant aut supprimant, sive etiam istud amplius concedant, ut si permittant ut singulis annis mutetur dispositio redituum.

Ad 10. Stricta imponitur interpretatio ipsis verbis c. 621 : « qui ex instituto mendicantes vocantur *et sunt.* »

Ad 11. Dubium oriri poterat ex c. 98 quo ritus baptismo definiri dicitur.

Ad 12. Occasio severitatis fuit, ni fallimur, nimis benignus usus factus potestatis, ita ut simpliciter parochis infirmis permissa sit missa in domo sua privata, durante infirmitate.

Ad 13. Solvitur controversia, cui ipsa verba parum definita « Parentum acatholicorum » locum dare poterant.

Ad 14 et ad 15, responsiones manifesta ratione fulciuntur.

Ad 16. Id prohibetur quia non agitur de tributo quod Ordinarius imponere potest pro seminario suo, sed de superaddita taxa : quod, sine indulto Apostolico, sapit simoniam ex c. 1441.

Ad 17. Ratio responsionum est quia ne species quidem matrimonii in istis casibus habetur.

Quod attinet ad Resp. Em. Praesidis, de esu carnium plurias in die, liquet dubium de iis solis moveri potuisse qui ieiunio astringuntur. Iis solis enim servanda est, ex c. 1251 § 1, in frustulo matutino et collatione vespertina, quantitas et qualitas quas probata locorum consuetudo iam antea permittebat. Iis ergo Codex nullatenus carnes indulget extra unicam refectionem plenam diebus solius ieiunii.

59. — SECRETARIA STATUS

ACTA SUMMATIM RELATA

Institutio indigenarum ecclesiastica.

Epistola 28 maii 1919, Card. Gasparri nomine S Pontificis, postquam miserum missionum statum praesertim post bellum deploravit, hortatur R. D. Sac. Rogerium De Teil, Societatis « A Sancta infantia » moderatorem ut partem maiorem eleemosynarum ad sustinendas scholas et institutiones adhibeat quibus pueri indigenae in missionibus ad clericatum educantur. Cui epistolae quinquaginta millia francorum addebantur, ut piae collationis ipse S. Pontifex initium faceret. (A. A. S. 2 iun. 1919. 11, 249.)

60. — PROVISIO ECCLESIARUM

A. Archiepiscopi vel Episcopi *residentiales* et abbates *nullius* per *decreta* S. C. *Consistorialis* nominati sunt :

Tarentaise 29 nov. 1918. R. D. Lud. Ternier, ep. Tarantasien. (Gallia).

Avila 4 dec. » R. D. Henr. Pla y Deniel, ep. Abulen. (Hispania).

Huesca » » » R. P. Zach. Martinez y Nunez, E. S. A., ep. Oscen. (Hispania).

Guayana 5 » » R. P. D. Xistus Sosa, ep. Guayanen., hactenus ep. titul. Claudianopolitan. (Guayana).

13	dec.	1918.	R. P. D. Ioa. Scotti, archiep. Rossanen., hactenus ep. Cariaten. (Italia).	*Rossano*
14	»	»	R. P. D. Hector Fronzi, archiep. Camerinen., hactenus episc. Callien. et Pergulan. (Italia).	*Canarino*
21	»	»	R. D. Ios. Mac Grath, ep. Bakerien. (St. Foed. Amer.).	*Baker-City*
23	»	»	R. P. D. Iosue Signori, ep. Alexandrinae Statiellorum, hactenus ep. Fossanen. (Italia).	*Alessandriæ*
»	»	»	R. D. Ant. Torrini, ep. Alatrinae. (Italia).	*Alatri*
»	»	»	R. D. Aug. Curi, ep. Callien. et Pergulanae. (Italia).	*Cagli*
7	ian.	1919.	R. P. D. Ioa. Beulloch y Vivó, archiep. Burgen., hactenus ep. Urgellen. (Hispania).	*Burgos*
16	»	»	R. D. Quiricus Cavaini, ep. Fossanen. (Italia).	*Fossano*
24	»	»	R. D. Henr. Sanchez Paredes, archiep. Angelorum. (Mexico).	*Puebla de los Angeles*
»	»	»	R. D. Ioa. Navarette, ep. de « Sonora ». (Mexico).	*Sonora*
»	»	»	R. D. Ios. Guadalupe, ep. eccl. Tamaulipanae. (Mexico).	*Tamaulipas*
28	febr.	1919.	R. D. Franc. Banegas, ep. de Queretaro. (Mexico).	*Queretaro*
10	mart.	»	Card. D. Thom. Boggiani, archiep. Ianuen. (Italia).	*Genova*
»	»	»	R. P. D. Patric. Hayes, archiep. Neo-Eboracen. (Stat. Foed. Amer.).	*New-York*
»	»	»	R. P. D. Aug. Dowling, archiep. S. Pauli de Minnesota, hactenus ep. Desmoinen. (St. Foed. Amer.).	*S. Paulo de Minnesota*
»	»	»	R. P. Alb. Daeger, O. F. M., archiep. Sanctae Fidei. (St. Foed. Amer.)	*Santa-Fé*
»	»	»	R. P. D. Aloys. Paulini, ep. Concordien., hactenus ep. Nuscanus. (Italia).	*Concordia*
»	»	»	R. P. D. Lud. Antonelli, ep. Balneoregien., hactenus ep. tit. Leptimagnen. et V. A. Lybiae. (Italia).	*Bagnorea*
»	»	»	R. D. Ios. Caruso, ep. Cariaten. (Italia).	*Cariati*
»	»	»	R. D. Franc. Franco, ep. Octerien (Italia).	*Ozieri*
»	»	»	R. D. Theoph. Louvard, ep. Lingonen. (Gallia).	*Langres*
»	»	»	R. D. Guill. Turner, ep. Buffalen. (Stat. Foed. Am.).	*Buffalo*
»	»	»	R. D. Edm. Gibbons, ep. Albanen. (Stat. Foed. Am.).	*Albany*
»	»	»	R. D. Dan. Hermida, ep. Conchen. (Equator).	*Cuenca*
»	»	»	R. D. Maur. Da Rocha, ep. Corumben. (Brasilia).	*Corumba*
»	»	»	R. D. Ioa. Mele, ep. Lungren. ritus gr. (Italia).	*Lungro*
28	»	»	R. D. Thom. Guil. Drumm, ep. Desmoinen. (Canada).	*Desmoines*
2	apr.	»	R. D. Donald. Martin, ep. Ergadien. et Insularum. (Scotia).	*Argyll*
7	maii		R. P. D. Franc. Vidal y Barraquer, archiep. Tarraconen., hactenus ep. tit. Pentacomien. (Hispania).	*Tarragona*
21	iun.	»	R. D. Fortun. Farina, ep. Troianen. (Italia).	*Troja*
3	iul.	»	R. P. D. Leon. Brindisi, archiep. Corcyren., Zacythien. et Cephalonien., iam archiep. Naxien. (Graecia).	*Corcyra*
»	»	»	R. P. D. Matth. Vido, archiep. Naxien., Tinen et Myconen., iam ep. Tinen. et Myconen. (Graecia).	*Naxos*
»	»	»	R. D. Ioa. Franc. Aragone, archiep. Montisvidei. (Uruguay).	*Montevideo*
»	»	»	R. D. Vict. Bieler, ep. Sedunen. (Helvetia).	*Sion*
»	»	»	R. D. Thom. O'Doherty, ep. Clonferten. (Hibernia).	*Clonforth*
»	»	»	R. D. Thom. Camacho, ep. Salten. (Uruguay).	*Salto*

Melo	3	iul.	1919.	R. D. Ios. Marc. Semeria, ep. Melen. (Uruguay).
Nazareth	»	»	»	R. D. Rich. Ramos da Costa Vitella, ep. Nazarenae. (Brasilia).
Garanhuns	»	»	»	R. D. Ioa. Tavares de Moura, ep Garanhunen. (Brasilia).
Guaxupe	»	»	»	R. D. Anton. Aemid. Correa, ep. Guaxupen. (Brasilia).
Vera Cruz	1	aug.	»	R. D. Raph. Guizar Valencia, ep. Verae Crucis, (Mexico).
Strasbourg	»	»	»	R. P. D. Car. Ios. Eug. Ruch, ep. Argentoraten., hactenus ep. Nanceyen. et Tullen. (Gallia).
Metz	»	»	»	R. D. Ioa. Bapt. Pelt, ep. Meten. (Gallia).
Tepic	»	»	»	R. D. Emm. Azpeita Palomar, ep. Tepicen. (Mexico).
Fogaras	9	»	»	R. D. Basil. Suciu, archiep. Fogarasien. et Albae-Iulien. (Rumania).
Cava	18	»	»	R. P. Plac. M. Nicolini, O. S. B., Abb. *nullius* SS^{mae} Trinitatis Cavensis. (Italia).
Bolivar	21	»	»	R. P. D. Car. Maria de la Torre, ep. Bolivaren., hactenus ep. Lazanus. (Equator).
Vàcs	9	sept.	»	R. D. Steph. Hanauer, ep. Vacien. (Hungaria).
Praga	16	»	»	R. D. Franc. Kordäc, archiep. Pragen. (Tcheco-Slovachia).
Catanzaro	25	»	»	R. P. D. Ioa. Fiorentini, ep. Catacen., hactenus ep. Tricaricen. (Italia).
Ferrara	15	dec.	»	R. P. D. Franc. Rossi, archiep. Ferrarien. et ep. Comaclen., hactenus archiep. Calaritan. (Italia).
Bombay	»	»	»	R. P. Alb. Goodier, S. I., archiep. Bombayen. (India Or.).
Trieste	»	»	»	R. P. D. Aug. Bartolomasi, ep. Tergestin. et Iustinopolitan., hactenus ep. tit. Derben. (Italia).
Macerata	»	»	»	R. P. D. Domin. Pasi, ep. Maceraten. et Tolentin., hactenus ep. tit. Philadelphien. (Italia).
Nusco	»	»	»	R. D. Pasch. Mores, ep. Nuscanae. (Italia).
Oppido Mamertina	»	»	»	R. D. Ant. Galati, ep. Oppiden. (Italia).
Arrezzo	»	»	»	R. P. D. Emm. Mignone, ep. Arretinae, hactenus ep. Volaterran. (Italia).
Jaén	»	»	»	R. P. D. Emm. Basulto y Jimenez, ep. Giennen., hactenus ep. Lucen. (Hispania).
Lugo	»	»	»	R. P. D. Plac. Aug. Rey-Lemos, ep. Lucen., hactenus ep. tit. Hamathen. (Hispania).
Nancy	»	»	»	R. D. Hipp. De La Celle, ep. Nanceyen (Gallia).
Rimouski	»	»	»	R. D. Ios. Romuald. Leonard, ep. S. Germani. (Canada).
Caratinga	»	»	»	R. D. Car. Ferd. da Silva Tavora, ep. Caratingen, (Brasilia).

B. Vicarii (V. A.) et Praefecti Apostili (P. A.) *brevibus apostolicis* S. C. *de Prop. Fide* nominati sunt :

Scen-si merid.	2	apr.	1919	R. P. D. Ant. Maria Capettini, V. A. Scen. si merid. (China).
Beni	1	aug.	»	R. P. Raym. Calvo, O. F. M., V. A. de Beni (Bolivia).
Chaco	»	»	»	R. P. Hipp. Ulivelli, O. F. M., V. A. de Chaco (Bolivia).
Lybia	4	»	»	R. P. Hyac. Tonizza, O. F. M., V. A. Lybiae.
Archip. Navigateurs	»	»	»	R. P. Ios. Darnand, e Soc. Mariae, V. A. Archipelagi Navigatorum. (Oceania).
Jamaica	18	sept.	»	R. P. Guil. O'Hare, S. I., V. A. Iamaicae in Antillis. (America),

61. — NOMINATIONES NUNTIORUM, INTERNUNTIORUM ET DELEGATORUM APOST.

6	iun.	1919	R. D. Ach. Ratti, Nuntius in Polonia.	*Polonia*
20	nov.	»	R. D. Bened. Aloys. Masella, Nuntius in Chili.	*Chile*

62. — NECROLOGIUM

N. B. Recensentur archiepiscopi et episcopi *residentiales*, Vicarii, Praefecti et Delegati Apostolici.

8	dec.	1918	R. D. Ios. Stadler, arch. Serajen. (Serbia).	*Serajevo*
17	»	»	R. D. Em. Poletti, ep. Balneoregien. (Italia).	*Bagnovea*
23	»	»	R. D. Lud. Gavotti, archiep. Ianuen. (Italia).	*Genova*
26	»	»	R. D. Ant. Lopez y Pelaez, archiep. Tarraconen. (Hispania).	*Tarragona*
27	»	»	R. D. Ulp. Perez y Quinonez, episc. Bolivaren. (Brasilia).	*Riobamba*
8	febr.	»	R. D. Henr. Joulain, ep. Jaffnen. (Ceylan).	*Jaffna*
15	»	»	R. D. Ian. Costaglisla, archiep. Theatin. (Italia).	*Chieti*
16	»	»	R. D. Car. de Csaky, ep. Vacien. (Hungaria).	*Vácz*
17	»	»	R. D. Dom. Darmanin, archiep. Corcyren. (Graecia).	*Corfù*
			R. D. Ephrem Bertreux, ep. tit. Musten., V. A. insularum Salomoni Meridion. (Oceanie).	*Salomoni Insulae*
23	mart.	»	Em. Card. Fr. de Paulo Cassetta, ep. Tusculan. (Italia).	*Frascati*
24	»	»	R. D. Alex. Parvi, ep. (Hungaria).	*Scepucio*
22	iun.	»	R. D. Ioa. Emm. Sanz y Saraina, ep. Giennen. (Hispania).	*Jaén*
3	iul.	»	R. D. Dyon. Avila, ep. Pacen. (Bolivia).	*La Paz*
31	»	»	R D. Dom. Gasp. Lancia di Brolo, arch. Marianopolitan. (Canada).	*Montreal*
14	aug.	»	R. D. Romolo Molaroni, ep. Maceraten. (Italia).	*Macerata*
22	»	»	R. D. Ioa. Maria Dunne, ep. Bathursten. (Australia).	*Bathurst*
24	»	»	R. D. Vinc. Tasso, ep. Augustan. (Italia)	*Aosta*
4	sept.	»	R. D. Ios. Maria Salvador y Barrera, arch. Valentin. (Hispania).	*Valentia*
17	sept.	»	R. D. Greg. Romero, ep. Salten. (Resp. Argent.).	*Salta*
11	nov.	»	Em. Card. Felix de Hartmann, archiep. Colonien. (Germania).	*Köln*

BIBLIOGRAPHIA [1]

Ex libris

I. Canonica

Micheletti, A. M. *Ius religiosorum* ex codice novissimo eiusque authenticis interpretibus ac legibus hodiedum latis. Romae, Marietti, 1920, in-16, XII, 484 pp. 11 fr.

Expositio iuris religiosorum sub rubricis alphabetico ordine digestis.

Nic. Sebastiani, sac. *Summarium theologiae moralis*. Ad codicem iuris canonici accomodatum. Ed. 4ª minor. Romae, Marietti, 1919, in-16, XII, 658 pp. fr. 14.

Lib. I De prolegomenis seu de principiis fundamentalibus. — Lib. II. De officiis. — Lib. III. De mediis seu subsidiis. — Index analyticus.

R. P. Fanfani, Lud. O. P. *De iure religiosorum* ad normam iuris canonici. Romae, Marietti, 1920, in-12, XX, 238 pp. 8 fr.

Tit. I. De erectione et suppressione religionis, provinciae, domus. — Tit. II. De religiosorum regimine. — Tit. III. De Superiorum religiosorum electione. — Tit. IV. De Praelatorum obligationibus et potestate. — Tit. V. De confessariis. — Tit. VI. De bonis temporalibus. — Tit. VII. De admissione in religionem. — Tit. VIII. De ratione studiorum in religionibus clericalibus. — Tit. IX. De promovendis ad ordines. — Tit. X. De obligationibus religiosorum. — Tit. XI. De privilegiis religiosorum. — Tit. XII. De cultu divino. — Tit. XIII. De magisterio ecclesiastico. — Tit. XIV. De religiosis ad ecclesiasticam dignitatem promotis vel paroeciam regentibus. — Tit. XV. De transitu ad aliam religionem. — Tit. XVI. De egressu e religione. — Tit. XVII. De dimissione religiosorum. — Tit. XVIII. De societatibus sive virorum sive mulierum in communi viventium sine votis. Tit. XIX. De tertiis ordinibus saecularibus. — Tit. XX. De confraternitatibus et piis unionibus. — Index rerum alphabeticus.

Cocchi, Guidus. *Commentarium in Codicem iuris canonici ad usum scholarum*. Lib. I. Normae generales. Taurinorum Augustae, Marietti, 1920, in-12, 206 pp. fr. 6.50.

Prolepsis : Compendiosa de fundamentis iuris disceptatio.

Cap. I. Notio et historia iuris canonici. — Cap. II. De novo codice. —

[1] Tous les ouvrages cités dans la Bibliographie sont en vente chez M. Beyaert, Libraire, Bruges.

Cap. III. De fontibus iuris canonici. — Cap. IV. Ordinationes moderantes transitum a veteri ad novum ius. — Cap. V. De legibus ecclesiasticis. — Cap. VI. De effectibus legis canonicae. — Cap. VII. De interpretatione et de cessatione legis. — Cap. VIII. De consuetudine. — Cap. IX. De temporis supputatione. — Cap. X. De rescriptis. — Cap. XI. De privilegiis. — Cap. XII. De dispensationibus.

R. P. Noval, Jos. O. P. profess. textus can. in pont. collegio internat. « Angelico », *Commentarium Codicis iuris canonici. Lib. IV. De processibus. Pars I. De iudiciis*, Augustae Taurinorum. Romae, Marietti, 1920, in-8o, XII, 624 pp. fr. 18.

Auctor canones explicat iuxta ordinem titulorum, capitum et articulorum Codicis.

Bondini, Al. O. M. Conv., *De privilegio exemptionis seu de Regularium immunitate ab Ordinariorum locorum iurisdictione, prout in novo iuris canonici Codice sancitur*. In-16, 144 pp. Romae, Desclée, 1919.

Praefatio : Cap. I. De natura, origine, amplitudine et utilitate privilegii exemptionis. — Cap. II. De natura potestatis episcoporum in Regulares — Cap. III. De casibus in quibus Regulares subiacent Ordinarii loci iurisdictioni.

A. Vermeersch, S. I. et **I. Creusen**, S. I. *Summa Novi Iuris* commentariis aucta. Quartum edita. Mechlinae, Dessain, 1921, in-8, 230 p. 6,50 fr.

A. Vermeersch, S. I. et **I Creusen**, S. I. *Epitome iuris canonici* cum commentariis, ad usum tum privatum tum scholasticum, t. I complectens, praeter introductionem, duos priores Codicis libros, servato huius ordine, Mechliniae, Dessain, 1921, in-8, XII-392 p. 12 fr.

Philippus Maroto (R. P. C. M. F.) *Institutiones Iuris canonici*, ad normam novi Codicis. Accedunt pro Hispanis Lecciones de disciplina ecclesiastica de Espana, auctore **Ioanne Postius** (R. P. C. M. F.).

Tomus I (diligentius recognitus) in-12, 896 pp. complectens J. I et sex priores titulos l. II. — Matriti, Mendizábai, 67. Romae, Via delle Carceri 9. Venit 30 libellis.

Praefatio : Liber primus : Normae generales. *Introductio ad ius canonicum*. De natura iuris canonici ; — De historica evolutione iuris can. ; — De historia scientiae canonicae. — Proeemium De iure vigenti. — Sequuntur dein sex tituli Codicis, quibus additur septimus De fontibus iuris canonici : notio, divisio fontium ; ius apostolicum, pontificium ; concilia ; fontes iuris non scripti ; fontes iuris particularis ; ius civile tamquam fons iuris canonici.

Liber secundus : De Personis. Tractatus praevius, de personis in genere : Omnibus personis communia ; — De Personis physicis ; — De personis moralibus ; — De ordine inter diversas personas. Tractatus de personis in particulari. Pars I De clericis. Sectio I De clericis in genere. Sequuntur dein sex tituli Codicis.

II. Varia

Cardinal Mercier. *Où en sommes-nous? Nos devoirs de l'heure présente.* Lettre pastorale et Mandement de Carême de 1921. Bruxelles. Action catholique, 1921, 34 pp. 40 ct.

A. Vermeersch, S. I. *De Castitate et de vitiis oppositis* ed. 2. Auctior et emendatior. Romae Universita Gregoriana, Brugis Beyaert, 1921, vol. in-12, XII-400 p. in Italia 20 libellis ; alibi 20 fr.

Pour les Vivants et pour les Morts. Une vérité terrible. Par delà la tombe. Ce que vous devez faire. Bruxelles. Action catholique, 1918, 24 pp. 25 ct.

Nicodème, H, Abbé. *Manuel eucharistique.* Bruxelles. Action catholique, 1920, 196 pp. fr. 2.

1re Partie : La grâce. — 2e Partie : Le saint Sacrifice de la Messe. — 3e Partie : La Sainte Communion. — 4e Partie : La sainte présence au Tabernacle.

Van Overbergh, Cyr. *Le programme de l'électrice communale.* Bruxelles, Edition de la Revue des Auteurs et des Livres, 1920, 35 ct.

Severin, T., S. J. *Chronologie de la vie et des écrits de St Jean Berchmans*, S. J. Bruxelles, Action catholique, 1920, 14 pp. 75 ct.

L'heure a sonné. Nouvelles par Savonarole. 2me fasc. Bruxelles, Action catholique, 79-81, chaussée de Haecht, 0.35 ct. 12 ex. fr. 3.50. 100 ex. fr. 25.

Aoudjé... parle... — L'heure a sonné ! ! — Le sourire en plus... — L'Hostie attend. — Nous ne sommes rien... soyons tout ! ! ! Alleluia.

Lallemand, A., S. J. *L'Église et l'École.* Doctrine, Lois, Documents. Bruxelles, Action catholique, 1921. — Droits de l'Église sur l'éducation. — Doctrine de l'Église sur la morale. — Lois de l'Église sur l'éducation. Corollaire : de la fréquentation des écoles neutres. Principaux documents pontificaux. Documents belges. Documents étrangers.

Ex periodicis

Collationes brugenses, iun.-iul. 1920. De Meester, *Reconstitution et réorganisation d'une fabrique.* Van der Heeren, *Psalmus 108 estne imprecatorius ?*

Aug.-sept. 1920. *Analecta ascetica et mystica.* E. Hosten, *De obedientia.* — *Loi portant augmentation des traitements ecclésiastiques.*

Oct.-nov. 1920. *Analecta ascetica et mystica.* — V. Coucke, *De affinitate.* — A. De Meester, *Cumul des fonctions fabriciennes.* — Idem. *La propriété des églises dans les régions dévastées*

Dec. 1920. *Analecta ascetica et mystica.* — V. Coucke, *De sollemni administratione baptismi.* — A. De Meester, *La prononciation romaine du latin.*

Collationes Gandavenses. Nov. 1920. A. STANDAERT, *De matrimoniis inscribendis.* O LEJOUR, *Quaedam ex Codice novi iuris rem sacramentalem spectantia.* — Lois sur les traitements et les pensions ecclésiastiques.

Commentarium pro religiosis, iul.-aug. 1920. A. LARRAONA, *Commentarium in 2am partem lib. II Codicis.* — S. GOYENECHE, *De transitu ad aliam religionem.*

Sept. 1920. F. OVUÉ. *De ratione studiorum in religionibus clericalibus.* VOLTAS, *Consultationes* de applicatione c. 645 ad religiosos sine votis; de interpretatione c. 515; de iure vendendi inventionem. — LOPEZ, A. *Chronica.*

Oct. 1920. PH. MAROTO, *Comment. in Resp. S. C. de relig. 30 iul. 1919, de ritu servando in professione Monialium.* — S. GOYENECHE, *De transitu ad aliam religionem.* — A. SCHWIENTEK, *Elementa status religiosi in S. Scriptura et traditione.*

Ilustracion del Clero. 16 iul. 1920. GREG. MARTINEZ DE ANTONANA, *Iurisprudencia canonica.* — MIG. M. PANADÈS, *El estudio de la Sagrada Escritura según los Santos Padres.*

1 agost. 1920. — F. V., *Pastoral del Confesor : Diferencias físicos o de sexo, edad y salud, etc.*

16 agost. 1920. *Actas de la Curia romana.* AGUSTIN DE LAZCANO, *Boletin de iurisprudencia.*

Sept. 1920. POSTIUS, P. Teoria del Derecho canonico, cap. III. *Gerarquia ecclesiastica.* — DOMINICO RAMOS, C. M. F. *Residencia coral.* — PANTALEON CASANUEVA, C. M. F. *Indulgencies de los Terciarios franciscanos y sus condiciones.*

1 oct. 1920. GREG. MARTINEZ DE ANTONANA, C. M. F. *Hipoteca sobre la casa e eglesia parroguial.* — AUGUSTIN DE LAZEANO, C. M. F. *Propriedad industrial. Concursos para cátedras.*

Nov. 1920. POSTIUS JUAN, C. M. F. *Instituto de Maria immaculada para la ensenanza.* — PANTALEON CASANUEVA, C. M. F. *El nuevo misal tipico.* — *Consultatio de stipendio missae binatae.*

REMENTERIA, C. M. F. *Cuestiones Capitulares*, de cc. 1440-1445. — F. V., C. M. F. *Pastoral del confesor.*

16 dec. 1920. GR. MARTINEZ DE ANTONANA, C. M. F. *Prestación del Catedrático.* — PANTALEON CASANUEVA, C. M. F., *Consulta de c. 1017, § 3.*

Neerlandia franciscana. 1920, nº 4. P. HILDEBRAND, *De Kapucijnen te Leuven.* — P. CHÉRUBIN, *Les ordres franciscains et S. M. Albert I.* — H. LIPPENS, *Nécrologe du couvent des FF. MM. de Nivelles.*

Resena ecclesiastica. iun.-iul. 1920. FREDERIC GLASCAR, *El mistero de la llengua.* — CAYETANO SOLER, *Platicas doctrinales sobre la Liturgia.* II. *El Templo.*

Agosto-sept. 1920. ANTONINO TENAS, *La pronunciacion del latin.* — **Documentos pontificios**, *Matrimonio canonico sin las formalidades civiles.* — **Legislacion y jurisprudencia civil.** *Matrimonio de los individuos sujetos al servicio militar.*

Oct.-Dec. 1920. ALFONSO M. RIBÉ, *Se suicidó el alcade de Cork?* — CAYETANO SOLER, *Platicas doctrinales sobre la Liturgia.*

Revue ecclés. de Liége, 1920-1921, nº 2. A. POSTELMANS, *Le reposoir du Jeudi-Saint.* — C. KISSELSTEIN, *La juridiction du confesseur.*

Rivista di studi missionari. Sett. 1920. G. B. TRAGELLA, *La fondazione del Seminario delle Missioni Estere.* — PAOLO MERONI, *La schiavitu nel Bahr-el-Ghazal.*

1 dec. 1920. *Atti del primo congresso nazionale dei delegati diocesani dell'unione missionaria del Clero.* (Roma, 5-6 ott. 1920).

Officina Generalis Artis Christianae

Caroli BEYAERT, Brugis

Inter varia objecta religiosa, quae pietatem fidelium fovent, *Stationes Viae Crucis* primum locum tenere censemus.

A multis jam annis, Stationes nostras quae, fideli artificiosaque representatione passionis Christi templis ornamento sunt et catholicis aedificationi, in pluribus parochiis et conventibus ereximus.

Catalogus noster numerat centum circiter formâ et figurâ differentes Stationes, quae pulchritudine ac arte excellunt et ab omnibus plurimum laudantur.

Omnes Viae Crucis in variis formis atque dimensionibus, in metallo, cupro, linteo vel ligno obtineri possunt, conformes stylo templi vel oratorii, nec non temperiei regionis et pietati incolarum.

Imagines omnium *Praepositorum Generalium Societatis Jesu* pro plurimis ejusdem Societatis aulis nuper depinximus ad fidem documentorum quae in Domo generali istius Ordinis atque Bruxellis in bibliotheca Bollandiana servantur. Has picturas ab arte photographica in parva forma redditas, si petantur, mittere nobis gratissimum erit.

Pro aulis episcopalibus, canonicalibus atque conventualibus imagines dignorum et dignissimorum virorum qui vivunt vel qui mortui sunt, depingere, nobis assidue mandatur.

Documenta propria si in nostro laboratorio deficerent, sufficiet mitti photographiam claram atque distinctam, assignatis colore capilli, intentione vultus et aliis quae nobis utilia fore videntur.

Catalogum nostrum generalem continentem: altaria — statuas — calices — candelaria — paramenta sacerdotalia atque generaliter omnia implementa ecclesiastica in officinis nostris quam praestantissimis manufacta, indices de tabulis viae crucis, de ceteris omnibus picturis religiosis necnon de pretio libenter rogatu tuo mittimus.

EIUSDEM SCRIPTORIS

De Religiosis Institutis et Personis, tractatus canonico-moralis. Tertia editio, accurat post Codicem recognita (Paratur).

Eiusdem operis **Supplementa et Monumenta**, 1 vol. in-8°, XLIV-912 pag. 1910. Editi quarta. Venit 16 fr.

De Religiosis et Missionariis. Supplementa et Monumenta *Periodica*.

Tomus I, 4,00 fr. — Tomus II et III, pro duobus annis, 8,00 fr. — Tomus IV, pr duobus annis, 7,00 fr. — Tomus V, pro duobus annis, 7,00 fr. — Tomus VI, pr duobus annis, 7,00 fr. — Tomus VII, pro duobus annis, 7,00 fr. — Tomus VIII, a anno 1914-1916 (ad promulgationem Codicis), 12.00 fr. (Sine augmento). — Tomus I (1917-1918), 12.00 fr.

De Castitate et de Vitiis contrariis. Tractatus doctrinalis et moralis. Romae-Brugis, 2a ec 1921, 1 vol. in-8° XII-428 p. In Italia, 12 lirae ; alibi, 20.00 fr. (Sine augmento).

Summa Novi Juris Canonici. Commentariis aucta. Editio quarta. 1921, in-8° XII-224 p 6,50 fr.

De Iustitia, 3a editio praeparatur. Praeter quaestiones disputatas, tertia editio casu quoque complectetur.

Quaestiones de religione et pietate, Brugis, 1912, 1 vol. in-8° XV-282 p., 3,00 fr.

De vocatione religiosa et sacerdotali dissertatio. Editio altera, 1,25 fr.

De modernismo, tractatus et notae cum actis S. Sedis ad 25 sept. 1910, 1,25 fr.

De forma Sponsalium ac Matrimonii post Decretum « Ne Temere », ed. quinta, 1912, 1,50 f

De Casu Apostoli seu fidei privilegio, 1911. 1,00 fr.

Theologiae moralis principia, responsa, consilia (praeparatur).

Epitome iuris canonici cum commentariis ab A. VERMEERSCH, S. I. et I. CREUSEN, S. I. usum quoque scholarum, t. I, sc. Libri I et II Codicis, in-8°, XII-392 pp. 1921, 12 — Tomus alter sub prelo.

La Question Congolaise, 1 vol. in-12, 375 p. 1906, avec carte. Prix : 3,50 fr.

Les Destinées du Congo belge, supplément à *La Question congolaise*, 1 vol. in-8° 90 p., 1906. Prix : 1,25 fr. — Les deux vol. réunis, 4,50 fr.

La Femme Congolaise, 1 vol. in-8°, de 150 p., 1914. Prix : 2,00 fr.

Le rôle des catholiques au Congo belge, 64 p., 1914. Prix : 0,75 fr.

La Tolérance (editio gallica exhausta est. Exstat quoque anglice, germanice, hispanic

Méditations sur la Ste Vierge, à l'usage du clergé et des fidèles. 2 vol. Editio ter mox prodibit. Exstat quoque anglice, hispanice, italice, neerlandice.

Pratique et Doctrine de la dévotion au Sacré-Cœur. Nouvelle édition (5e) revue et a mentée, 2 vol. de 420 et 264 p., 1919, 5,50 fr. (Exstat quoque anglice, hispani neerlandice. Mox prodibit italice).

Le Belge et la Personne civile, 1 vol. in-8°, de 95 p., 1908, 1,00 fr.

Pour l'honnêteté conjugale (Card. MERCIER, Dr DESPLATS, A. VERMEERSCH, S. I), 3e é 1 vol. 125 p., 1919, 1,25 fr.

Le problème de la natalité en Belgique, 1910. (Coll. *Science et foi)*, 0,50 fr.

Les leçons morales de la Guerre, 1919, 1,00 fr.

Subsequentur Tractatus canonico-moralis **De Missionariis et Sacris Missionib — Quaestiones morales de Theologia fundamentali et de Virtutibus. — De censu et Prohibitione librorum** (Editio quinta).

N. B. — *Pretia ista temporarie 20 °/o augenda sunt.*

UNIVERSA THEOLOGIA SCHOLASTICA

QUAM IN COLLEGIO LOVANIENSI S. I. TRADIDERUNT

L. DE SAN, G. LAHOUSSE ET A. VERMEERSCH S.

I. **Tractatus de Paenitentia**, in-8°, p. 689, auctore L. DE SAN, S. I. . 8,40
II. **Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione et de Eucharistia**, in-8°, p. 822, auctore G. LAHOUSSE, S. I. . . 9,60
III. **Tractatus de Virtutibus Theologicis**, in-8°, p. 412, auct. G. LAHOUSSE, S. I. 5,40
IV. **Tractatus de Gratia Divina**, in-8°, p. 708, auctore G. LAHOUSSE, S. I. . 10,80
V. **Tractatus de Traditione et Scriptura**, in-8°, p. 508, auct. L. DE SAN, S. I. 8,40
VI. **Tractatus de Deo Creante et Elevante**, auct. G. LAHOUSSE, S. I. . . 11,40
VII. **Quaestiones Morales ad hodiernum usum, scholastice disputatae** ab A. VERMEERSCH, S. I.
Vol. I., pars altera. Quaestiones de religione et pietate, in-8°, p. XV-282 3,60
Vol. II. Quaestiones de iustitia, in-8°, p. XXXVI-758 (3a ed.) praeparatur.
VIII. **Tractatus de Ecclesia et Romano Pontifice**, auctore L. DE SAN, S. I. 9,60